circa hoc est multiplex opinio. Quidam n. dixerunt qd circūcisio quātu est de se culpa: tollebat: s; gratiam non p̄ferbat inuitentes cuiā glof: que h̄ Ro. iij. q̄ dicit: In circūcisione peccata remittebatur: s; nō gratia per eā prestabat. dicebat. n. qd cuz originale nihil aliud sit q̄ p̄cupiscentia intēsa cuz carentia debite iusticie circūcisio sine hoc qd gratia p̄ferret poterat auferre debitū non auferē do reatum: vt p̄ hoc qd hō illā iusticia non habebat: non ei iputaret ad penā: s; hoc n̄ potest eē: qz manente inordinatione culpe nullo mō potest iputari a deo ad penā cuz culpe inordinatio p̄ penā ordinat: et ideo o3 si iputatio ad penā tollit qd i ordinatio tollat: quod sine gratia fieri non potest. Et iō alij dicunt qd circūcisio ex sua virtute culpā tollebat et gratia circūcisio p̄ferbat: non ex vi circūcisiois s; ex diuina liberalitate ablato gratie i pedumēto: s; hoc n̄ potest eē: qz quis ex parte recipientis prius sit expulsio p̄trarij q̄ introductio forme: tñ ex parte cause agentis ē prius introductio forme: qz nō expellit p̄trariū nisi introducēdo forme: et iō nisi circūcisio aliquo mō gratiā cōferret nullo mō culpā tolleret. Et iō alij dicunt qd circūcisio p̄ferbat gratiā quātu ad effectus p̄uatiuos q̄. s. sūt p̄uare culpā: s; nō quātu ad effectus p̄positiuos. S; hoc nihil ē qz effectus vitimus gratie p̄positiuus ē facere dignū vita eterna: quod fiebat p̄ circūcisione: sicut et modo fit p̄ baptismū. Et iō alij dicunt probabilius vt videt qd dabat gratiā quātu ad effectus p̄uatiuos culpe et reat: et quātu ad quosdā effectus p̄positiuos: sicut ordinare aiaz et facere dignū vita eterna: nō tñ quātu ad oēs q̄ h̄z gratia baptismalis: qz illa sufficit ad totaliter p̄cupiscentia reprimēda: et meritoie agendū: ad quod gratia in circūcisione data sufficere non valebat: et fm hoc intelligit glofa iudicta. ¶ Ad p̄m qd dō qd sicut in sacro altaris ē aliquid ex vi sacri: aliqd aut ex nali p̄comitātia: vt. j. dicit: ita circūcisio p̄ncipaliter ordinata erat ad ablationē culpe: s; ex p̄nti ad collationē gratie. ¶ Ad 2m dō qd i baptismō ap̄lior gratia dat vt dictū ē. ¶ Ad 3m dō qd gratia circūcisiois nō sufficienter reprimēbat p̄cupiscentia: sicut facit gratia noui testamenti: et ideo ratio nō sequitur.

Ad quintū sic proce

dit: videt qd circūcisio cessare non debuerit: sicut. xvij. dicit: qd circūcisio dat in sedus eternū. s; eternū ē quod nullo sine claudif. qd circūcisio cessare non debuit. ¶ Illud qd cū lege non incipit cū lege cessare nō d̄z. s; circūcisio an legem incepit. nō. n. est ex lege s; ex patrib: vt d̄z Joh. vij. qd cuz lege cessare non debuit. ¶ Figuralia q̄ signant id qd sēp faciendū ē nō debēt cessare: sicut de purificationē q̄ significat deuotionē patet. Sed circūcisio cordis cuius laus ex deo ē: vt d̄z Ro. ij.

Sēper faciendā ē. et hanc significat exterior circūcisio. q̄ cessare non debuit. ¶ Sed d̄z: Gal. j. Si circūcidimini christus vobis nihil p̄derit. ¶ V. veniente p̄fecto frustra ip̄fectū remaneret ad idē ordinatum. sed baptismus p̄fectius facit hoc: ad quod circūcisio ordinata erat qd circūcisio faceret. q̄ veniente baptismō circūcisio cessare debuit.

¶ Alterius vi qd nec alia legalia cessare debuerūt christus. n. vt d̄z Matth. v. Non venit legē solvere: sed implere. sed lex p̄stibat non tñ in moralibus: sed etiā i sacris legalibus. q̄ non venit ea soluere. ¶ S. apud deum nō ē transmutatio. sed signū mutationis voluntatis ē: vt p̄ceptū qd prius datus ē postea reuocet. cū qd deus hec sacra p̄cepit: videt qd cessare nō debuerūt. ¶ S. p̄ceptū nō potest reuocari nisi p̄ equalē vel superiorē. sed deus nūq̄ reuocasse legit p̄ceptū de sacris legalibus in noua lege. q̄ adhuc durant. ¶ Sed d̄z qd d̄z Heb. x. Umbra habet lex futurorū bonorū. sed veniente veritate cessat figura. q̄ veniente christo legalia cessare debuerunt. ¶ S. Heb. vij. translatio sacerdotio. necesse est vt legis translatio fiat. s; in christo irāslatiū fuit sacerdotiū: vt ibidē ap̄lus probat. qd et legalia cessare debuerunt. ¶ Alterius videt qd tpe gratie poterant sine peccato obseruari. ois. n. christi actio nostra ē instructio. s; christus tempore gratie ea obseruauit: sicut in multis p̄. q̄ licitū ē tpe gratie ea seruare. ¶ S. tpe ap̄loz et obseruabant: sicut p̄z Act. xvij. de Paulo qui circūcidit Timo. et eodē Act. xxj. qui purificatus per legem tēplum intrauit et hostias obtulit: quod nō fecisset ad vitandum scādaliū si peccatū fuisset: qz veritas vite nō est dimittenda p̄ scādaliū. q̄ sine peccato tempore gratie obseruari poterat. ¶ S. omis acti qui nō ē de se malus p̄t sine peccato fieri et meritoie si recta intentione fiat. sed sacrificat et circūcidi nō sunt de se mala: alias nūq̄ licita fuissent. q̄ si bona intentione fiat erūt merito etiam mō necdū vt sint peccata. ¶ S; cōtra est qd d̄z Gal. v. Si circūcidimini xp̄us nihil vobis proderit. s; oē qd impedit profectū qd puenit ex xp̄i redēptione ē peccatū. qd circūcisio tēpore gr̄e nō poterat fieri sine peccato: et pari rōne nec alia sacra. ¶ S. Gal. iij. sup illō: Quō cōuertimini rursus ad egena et infirma elemēta. dicit Glo. Jo dic oenuo vt ostēdat qd nō distat mō lex post xp̄z ab antiq̄ idolatria. s; idolatria nunq̄ poterat obseruari sine peccato. q̄ nec legalia post christum.

¶ Alterius vi qd vsqz mō teneamur aliq̄ legalia obseruare. tenemur. n. ad obseruanda p̄cepta noui testamenti et statuta ecclie. s; p̄ceptū ap̄loz in nouo testamēto fuit de q̄busdā legalib: obsuādis Act. xv. Cū est spiritus factus et nobis nihil vltra iponē vobis oneris qd vt abstinentis vos ab imolans simulacrorū: et sanguie suffocato et fornicatione. q̄ adhuc tenemur ad hec legalia fuāda.

Sed si dicatur qd fuit permissio aploz p tpe illo. Contra: glo. ibidez dicit hec ee necessaria. sed necessaria sunt sine qb n e salus: r d quib no e pmissio sed pcepti. q adhuc obfuare tenemur.

Si dicatur qd p Paulum reuocati est vt cu de Timo. iij. Nihil rictedu qd cu graz actoe picipi tur. Lora: inferior no pot pceptu superioris reuocare. sed Paulus fuit inferior: q totu aploz co aliuz in hierlm pgregatu. q no potuit reuocare.

Sed ptra: De. ibide dicit Actu. iij. qd p graz christi saluamur lege noua sine onere legis sicut r ptes nri: vñ hoc iuguz no est fidelib iponedum. Sz onus pdictu est obseruatio ceremonialium. q ad ea fuada no tenemur. **R**ideo od ad pmam qonez qd cu venit qd pfectu est euacuari debz qd ex parte e: si ad idem ordinetur: qz gra no facit p duo quod per vnu pot facere. sicut nec natura.

Circucisio aut ipfecta erat respectu baptismitri plici: primo quantu ad significatione: qz no ita si gnificabat expisse emudatione totius homis ab i muditia ton culpe originalis: sicut abluto baptilimalis. 2. quatu ad efficaciam: qz no tam abundans gra ad opanduz r rmpenduz fomitez in circucisio ne dabat sicut in baptismo. 3. quantu ad vtilitate: qz no erat ei vtilitas ita cois sicut baptismitri haberet determinatu pplm: determinatu sexu: r determinatu tempus: quod in baptismo no accidit: r ideo i adueniente tpe plenitudinis debuit cessare baptismo substituto. **A**d p^m qd: qd eter nu hic accipit p seculo qd bz quide sine. sed no e determinat nobis. Vel et od: qd circucisio corpalia potuit ee in sedus eternuz quatum ad suuz significatum: r quatu ad id qd ei succedit: sicut etia fides pot dici sep mane rone visiois q ei succedit i pna

Ad 2^m od: qd quis cu lege no icipat circucisio tñ pp lege icipit qñ legis pparatoriu: r io cessate lege cessare obuit. **A**d 3^m od: qd pncipalis significatio ad qua circucisio instituta e: est ablutio originalis culpe: qz sacralis significatio refertur ad effectuz. hoc aut no semp faciendu erat p circucisio: r io non oportebat qd circucisio semper remaneret.

Alia autem significatio est ex pnti: r fm illaz no oportet accipi iudiciu de duratione circucisio nis: turificationis aut significatio nuq fuit ad si gnificaduz aliqd vt efectuz ei. r ideo no e silis ro.

Ad. ij. qonem od qd triplex erat precipua ratio cessationis legaliu: vna est qz lex istituta fuit ad significadu gratia noui testameti que per christu facta est: r io veniente christo cessare obuerit: sic veniente corpore cessat vmbra. r hanc cam tangit apls Heb. x. Umbra hns lex futuroz r. alia ro e ex iperfione qz in legalib gratia non pferebat quantum oportebat i nouo testameto dari: sicut enim virtus naturalis rei naturali pportona: ita virtus sacralis sacro: vñ oportuit alia sacra insti tui i quib amplio: gra coferret: r hac caz tangit

apostolus Heb. vij. reprobato qde fit poris mada ti pp infirmitatez r iuuitatem: 3. accipit ex parte eoz quibus lex data e qui erant puuli: r io erant paulatiz a pristina psuetudine idolatrie abstrahē di vt sic eis concederetur eadem deo offerre: que prius idolis obtulerunt: vel offerri viderant sicut Rabi moyses dicit: sed postmoduz qñ ad pfectaz etatem humanum genus peruenit debuit ab his obseruatis liber ee. hanc caz tangit apls Gal. iij. r. iij. r De. acti. xv. ostendens illa legalia in onus pplo rudi iposita ee. **A**d p^m qd: qd christus in hoc legez ipleuit qd moralib pceptis cosilia ap posuit: r pcepta magis elucidauit: sed figuris cere monialiu veritate apposuit: r ea i scipso suscepit.

Ad 2^m od: qd non ex mutabilitate precipietis sz ex prudentis dispesatione contingit qd diuersa pcepta diuersis teporibus accomoda pponit sicut e i pposito. **A**d 3^m od: qd dñs ipso facto reuocauit adiplens in se qd in figura pceperat obseruadu: r io in sui passione dixit: Losumatus e Joh. xix.

Ad. iij. q. od qd hec qd vi habere difficultatez ex qbusda pparietatib q sup hoc inueniunt tam in canone qd i dictis scoz: qñqz. n. inueniuntur ob fuata legalia tepore gratie: quadoqz aut phibi ta: r de hoc etiam Petrus a Paulo redarguit vi detur: Gal. ij. r io sup hoc Hiero. r Aug^o diuersa sensisse videt. volebat. n. Hieronym^o qd legalia stati post passionem christi quatu ad illos ad qz gratia noui testameti maifeste diulgata erat fue runt mortifera: sz aplos qdaz pia dispesatione his vfos fuisse ad vitandū scandalū iudeoz: r io Petrus iudaizans no peccauit dispensatorie id facies fm quod etia di. j. Cor. ix. Oibus oia factus su. r sistr paulus dispesatione euz redarguit ne gentiles exemplo petri: quoz ipse apls erat veteris legi sa crameta quasi necessaria qrerent: quia r ipse iuei tur eadem pia simulatione fuasse: r sic vterqz ex cusatur: r petrus a culpa: r paulus a pccati repre hensione. sed quia no videtur coueniens qd apli aliquid cotra veritatem doctrine fecissent ad vira du scandalū iudeoz. nec iteru videt coueniens qd paul^o in epla ad Gal. aliqd simulate diceret: vbi dicit petruz rchensibile fuisse. r io aug^o aliter di cit r melius qd ante christi passione legalia fuerut obseruada ex necessitate diuine iustiois r habue runt adhuc effectuz: sz post christi passioem ante di uulgatione euangelij obseruari poterat a iudeis ad fidem pueris: non spem in ipsis ponentib quasi alicuius virtutis essent aut qñ sine eis gratia christi no sufficet ad salutem: sed ne ominino videretur lex vetus reprobanda si stati quasi idolatria fuge retur: r ideo hoc modo erat mater synagoga de uocenda ad tumulu cum honore: sz post diuulga tionem euangelij no solum no sunt salutifera: sz mortifera. **A**d. iij. ergo tepore petr^o r paulus r alij apli legalia obseruabat non simulatorie: sed

b

vere: Petrus tamen incaute se habuit in obseruatione legalium nimis condescendens iudeis illis q̄ legalia obseruanda eē dicebant: ita ut aliq̄ eius exemplo iduceretur ad ea obseruanda quasi necessaria: et iō vere reprehensibilis erat: et aliqua leues incurrit culpam: et paulus vere et nō dispensatiue ipsas reprehendit. ¶ Et p̄ hoc patet solutio ad p̄m et 2m. q̄a ante christi passionē quādo christus ea seruauit non erant mortua nec mortifera: sed salutifera tempore vero apostolorum ante diuulgatiōē euangeliū erāt q̄dem mortua quasi nullius existētia uirtutis sed nō mortifera. ¶ Ad 3m dō: q̄ vna circūstantia mutata facit actū bonū in genere vel malū: et iō legalia q̄ absq̄ p̄sideratiōe alicuius tēporis sūt idifferētia suo tēpore facta fuerūt bona: tēpore autē non suo obseruata si facta mala: et ideo bona intentione fieri nō possūt bene. ¶ Ad 4m. q̄ dō q̄ circa hoc tres sūt opiones. Una opinio dicit q̄ ad lram intelligendū ē illō preceptū q̄ legitur in actib⁹ et eius obligatio vsq̄ nunc manet. s̄ hoc manifeste triatur dictis Pauli: q̄ dixit nihil esse cōe. i. imūdum per christū nisi ei qui estimat aliquid eē cōe Ro. xiiij. et itez est cōtra rōnez: q̄ cū h⁹ p̄ceptū nō sit morale: q̄ nāl rō illō n̄ dicitur o3 q̄ sit ceremoniale: et iō eius obligatiō nō manet magis q̄ alioz. Et iō aliq̄ dixerūt q̄ nō ē intelligēdū ad litterā de sanguine aialis et suffocato aialis: sed de effusione sanguinis que fit p̄ homicidium et de suffocatione pauperū. S̄ hoc non pōt stare quia Hiero. Ezech. xviij. post illā expositionē mysticā expositionē ponit lralē quā dicit aplos etiaz intendisse. et iō aliq̄ dicit q̄ cplā apostolorū nō erat preceptoria quantū ad hoc q̄ abstinerēt se ab idolatricis: et sanguine et suffocato: sed erat quedā p̄uissio ad cōseruandam pacem et cōmunē uitaz gentiliū et iudeorū fideliū: et iō fornicationē prohibuerunt quasi illō quod posset suspitiōē idolatrie adhuc retente generare de gentilib⁹ in cordib⁹ iudeorū: sanguinez autē et suffocati sicut q̄ iudei ab hominib⁹ abatur propter dissuetudinē sicut etiā vsq̄ hodie: si aliquis socialiter uult aliq̄ cōuiuere o3 q̄ abstineat ab his q̄ alter abominatur. Et per hoc patet responsio ad p̄m. ¶ Ad 2m dicendum q̄ dicitur eē necessaria quātū ad sensum mysticū p̄tractū: vel quātū ad obseruandū cōmunitatem uite in iudeos et gentiles. ¶ Ad 3m dō q̄ paulus nō reuocauit s̄ exposuit apostolorū intentōez sic qui p̄ns fuerat quādo sentētia data erat: vñ dicitur. j. Cor. viij. de his autē q̄ idolis imolatur non habemus oēs sciētia: q̄ nō omnes intelligebant qualiter essent prohibita.

Ad sextum sic proceditur: Videt q̄ ante circūcisionē non uale-

bat ad remissionē originalis peccati p̄ paruulis sola fides. efficacior. n. ē charitas q̄ fides. sed charitas aliena nūq̄ sufficit ad meritū. s̄ nec fides ad iustificationē. ¶ S̄ si fides aliena ualebat. s̄ eadē rōne etiā ifidelitas nocebat: et ita ex peccato actuali parentū puer puniret: qd ē inconueniens. ¶ S̄ fides non magis iuuat aliū q̄ habentē. s̄ illi q̄ habebant fidem non sēper iuuabant a fide: q̄ poterat esse q̄ haberēt fidē informē. s̄ nec puero ualebat fides parentū ad deletiōē originale peccatū.

¶ S̄ ē: quod dicit Sic. in littera. ¶ S̄ peccatū qd ex altero dicit ex altero potest habere medicinā. s̄ peccatū originale paruuli ex altero p̄trahebat. s̄ poterat ex fide aliena ab ipso mundari.

¶ Alterius vñ q̄ fides non suffecerit sine aliquo exteriori signo. dicit. n. Aug. p̄tra Faustū q̄ in nullū nomen religionis siue uerū siue falsū poterant homines sine aliquo signo uisibili adunari. s̄ per illud quo originale uelut homines in religionē uere fidei adunāt: q̄ o3 huius remediū esse intrantū. s̄ oportebat q̄ fieret aliquo uisibili signo.

¶ S̄ actus mentis potest se extendere ad natos et non natos: sed conceptus equaliter. si q̄ fides sine exteriori signo sufficiebat ad deletiōē originalis: uideretur q̄ poterant etiā nōdū nati ab originali peccato p̄ fidē mundari. ¶ S̄ modo non ualeat fides ad salutē sine aliquo signo exteriori. si q̄ nūc ualisset: uideretur q̄ fuisset maioris efficacie q̄ mō.

¶ Sed contra est: q̄ fm hoc non esset differentia inter paruulos et adultos: quā tamen Sic. assignat. ¶ S̄ oia sacramēta illius tēporis habebāt totam efficaciam suā ex fide. s̄ tantus faciebat fides sine exteriori signo quātū cū eo et ita exteriora signa nō requirebant: ut uideat. ¶ Alterius uideretur q̄ in adultis non requireret sacrificiū vel aliū huiusmodi. non minus. n. ualeat alicui fides propria q̄ alteri fides aliena. s̄ pueris sufficiebat fides aliena sine exteriori signo ut p̄batū est. s̄ et adultis.

¶ S̄ Hug. de sancto uic. dicit q̄ nullus obligabatur ad sacramēta illius tēporis: s̄ voto celebrabantur. sed quod ē huiusmodi non est de necessitate salutis. s̄ absq̄ sacrificijs poterat emundari ab originali. ¶ Sed ē: qd Gregorius in littera dicit: q̄ pro paruulis sola fides: p̄ adultis sacrificia et oblationes. ¶ R̄ uideo dō q̄ peccatū originale est peccatū nature. natura autē reparari non poterat nisi p̄ christū: et iō nunq̄ poterat remitti peccatū originale alicuius nisi facta relatione et quadā p̄tinatione illius q̄ curari debebat ad christū qd p̄ fidez fiebat: et iō fides mediatoris semp fuit efficac: ad curādū ab originali: in illis quidē qui vsq̄ liberi arbitrij habebāt propria: in alijs uero aliena: ut nec eis oīno deesset diuinū remediū.

¶ Ad p̄m dō q̄ fides in cognitione est: charitas autē in affectione. affectio autem ē eius qd est sibi bonū: sed cognitio est eius quod est uerū simpliciter

et ideo fides poterat magis respicere mediatorē: pro
 ut erat causa salutis alteri q̄ charitas: et propter
 hoc magis iustificatio q̄ fit in sacramētis attribui
 tur fidei q̄ charitati. ¶ Ad 2^m q̄ fides aliena
 nō iuuabat in quātu erat actus persone: s; ex pte
 illa qua respiciebat obiectū suū. s. christū: quod
 erat medicina totius nature: i quo habebat quā
 dā similitudinez cū sacramētis nostris iquantū
 iustificabat ex obiecto quasi ex opere opato: non
 autē ex opere operante. ¶ Et per hoc patet solu
 tio ad tertiu: q; formatio et informitas fidei sunt
 pditiones eius ex parte operantis: nō autē ex pte
 obiecti: et ideo informitas fidei in parente nō impedi
 bat effectū salutis in filio: impediebat autē in ipso
 quia informitas illa pueniebat ex aliq̄ quod erat
 cōtrarium salutis. s. ex peccato mortali. ¶ Ad 3^m q̄
 q. dō q̄ circa hoc ē duplex opinio. Quidā. n. di
 cūt q̄ non sufficiebat fides sine protestatione fidei
 facta p aliquod exteriū signū. Et erat differētia
 inter puulos et adultos quātū ad hoc tātu q̄ par
 uulis sufficiebat fides aliena cū exteriū signo ab
 alijs facto: sed adultis fides propria cū signo ab
 eis facto. S; q; hoc nō videt cōsonare cū verbis
 Grego. in lra positus: iō alij pbabilius dicūt q̄ p
 uul sufficiebat sola fides sine omi exteriū signo:
 non autē habitū fidei solū sed motū eius relatus ad
 salutem pueri in vi cuiusdā professionis iterioris
 fidei quicūq; eēt ille qui quōq; modo pfectionem
 fidei sue ad puerū suū referret: magis tamen
 pertinebat hoc ad parentes q̄ pueri curā habere
 debebāt et per q̄s originale contraerat. ¶ Ad 4^m q̄
 q. dō fm hoc q̄ illud per quod hoies tēpore legis
 nature in veram religionē pgregabant non habe
 bant virtutē nisi ex fide: et ideo non erat necessita
 tis: sed pro voto celebrabatur vt vnus alij innotē
 sceret. ¶ Ad 2^m q̄ puer adhuc in vtero matris
 existens quātū ad humanā cognitionē pertinet
 nō habet esse distinctū a matre: et ideo per actum
 hois psequi non potest: nec tunc vt mundaret ab ori
 ginali per baptisimū: nec tunc vt mundaret per fi
 dez parentū: sed diuinitus mundari potest: sicut
 de sanctificatis in vtero apparet. ¶ Ad 3^m q̄
 fidei efficacia nō ē diminuta cū oīa sacramēta ex
 fidei efficacia habent: sed est ei aliquid adiunctū
 quod necesse ē obseruari: sicut non est minoris ef
 ficacie lex moysi in religioso q̄ in seculari: q̄uis p
 cepta moralia sufficiant ad salutē in seculari: sed
 in religioso requirunt p̄silia ad que se ex voto ob
 ligauit. ¶ Ad 4^m q. dō q̄ illa sacramēta legis natu
 re non erant ex precepto diuino obligantia: s; ex
 voto celebrabantur: fm q̄ vnicūq; dicebat sua
 mens vt fidē suā alijs exteriū signo profiteretur
 ad honorem dei: fm q̄ habitus charitatis incli
 nat ad exteriōres actus. Et sic dicimus de charita
 te q̄ sufficit motus interior: quando autem tēpus
 habet operandi requiruntur etiā exteriōres actū

ita etiam quātū ad adultos in lege nature suffi
 ciebat sola fides: cū ē modo sufficiat ei q̄ non ex
 cōceptu sacra dimittit: sed ipsa fides quā tēpus ha
 bebatur instigabat vt se alijs signis exteriō
 ribus demonstraret. q̄n autē illa signa adhibebatur
 nō erat efficacia remissionis culpe ex illis exteriō
 ribus: s; ex interiori fide. et sic intelligēda sūt vba
 Sre. et per hoc patet solutio ad obiecta. ¶ Ad si
 nu abrae. Sinus abrae dicitur limb⁹ patruz in q̄
 distincti erant sancti ab alijs: et q; abraam prim⁹
 ab infidelibus loco et ritu se separasse legit: iō dici
 tur abrae sinus. ¶ Lapideo cultro. Intelligendū
 est non semper: sed in quibusdā notabilib⁹ circū
 cisionibus: sicut legit Exo. iij. et Josue. v. In car
 ne vero prepuj. Laro prepuj dicitur hec pellicu
 la contegens carnē: q; in ipsa carne vbi p̄cupiscen
 tia magis est non poterat abscisio fieri sine pericu
 lo. ¶ Tamen sub lege ingruente rē. Magister hic
 loquitur fm opinionez suā: tamen alia opinio q̄
 supra posita ē: videt eē magis pbabilis. ¶ Dis. II.

Ad sacramen

ta noue legis rē. Postq̄ determina
 uit magister de sacris in cōi: hic de
 scendit ad sacra noue legis: de qui
 bus principaliter intēdit: et diuidit in partes du
 as: in prima determinat de quibusdā que p̄exi
 gunt ad sacra noue legis: in secūda p̄sequitur d
 eis. iij. dis. ibi Post hoc videndū est rē. Prima di
 uiditur in duas: in prima determinat quedā que
 p̄exigunt ad sacramenta noue legis ordine do
 ctrine: in secūda determinat de baptisimo Job.
 quod p̄exigebat ad ea vt dispositio siue prepa
 ratio: ibi Tūc autē de baptisimo rē. Circa primū
 duo facit: primo ponit distinctionēz sacramento
 rum noue legis: et quātū ad numerū et quātū
 ad effectū: secūdo ponit eoz institutionēz: ibi Si
 vero queratur rē. vbi primo ponit cōm sacroz
 noue legis institutionē secūdo excipit matrimoni
 um quātū ad aliquid: ibi fuerit tamē coniugiū
 rē. Tūc autē de baptisimo rē. Hic determinat
 de baptisimo Jobis. et circa hoc duo facit: primo
 determinat de ipso baptisimo fm se: secūdo de eo
 quātū ad suscipientes: ibi Hic considerandum
 est rē. Circa primū duo facit: primo ostendit dif
 ferentiā baptisimi Jobis ad baptisimū christi: secū
 do ostendit quāsdā conditiones baptisimi Jobis.
 primo vtilitatem: ibi Ad quid ergo rē. secundo
 nomen: ibi Sed quare queritur dictus est rē. ter
 tio genus: ibi Si vero queritur rē.

Hic duplex qō. ¶ P̄mo de sacramētis
 noue legis generali. Secūdo de baptis
 mo Jobanis. ¶ Circa p̄m q̄rū qua tuoz
 ¶ P̄mo de diffinitione sacramētoz quātū ad ef
 fecū. ¶ Secūdo de distinctione eoz quātū numez.
 ¶ Tertio de ordine ipsoz. ¶ 4^o de institūte eoz.

Ad primū sic proce-

ditur: Videt q̄ nō omnia sacra sunt instituta in remediū s̄ aliquē anime defectū: sacramētū. n. a sacritate dī. sed sacritas non sp̄ importat remediū s̄ defectū sed ēt p̄firmationem in bono. ergo non omne sacramētū ē ad remediū institutū. ¶ Sed oē remediū s̄ aliquē defectū ad purgationē p̄tinet. s̄ Dīo. distinguit sacramēta que p̄tinent ad perfectionē. s̄. cōfirmationē et eucharistiā ab illis q̄ p̄tinent ad purgationē sicut est baptis̄m. q̄ nō oē sacramētū est ad remediū. ¶ Sed hoc videtur ex diffinitione quā Magister ponit in lra: q̄busdā enī attribuit remediū cōferre et gratiā sicut baptis̄mo: q̄busdā gratiā tantū sicut cōfirmatōi et ordinī: m̄rimonio autē remediū collationē tantū. q̄ non omne sacramētū ē ad remediū institutum ¶ Sed s̄ est: qd̄ Hugo de sancto vic. dicit q̄ sacramēta sunt vasa medicinalia. sed omnis medicina est i remediū alicuius morbi. q̄ et omne sacramētū ē i remediū alicuius defectus sp̄ialis. ¶ Sed sacramēta vt dicitur est hnt̄ efficaciam a passione christi. sed passio christi directe ordinatur ad tollendos defectus nostros. ergo et sacra in remediū ordinata sūt. ¶ Alterius videtur q̄ aliqd̄ sacramētū sit tantū i remediū. s̄. m̄rimoniū: solus enī n̄ consensus mutuus matrimonium facit. sed consensus non pōt esse cā gratiē: q̄ grā nō est ex actibus nostris. ergo in matrimonio grā nō confertur: et sic est in remediū tantū. ¶ Sed fin̄ Hugo. sacramēta ex sanctificatione inuisibiles gratiam continent. sed sanctificatio que fit per ministros ecclesie nō est de essentia matrimonij quātū ad sacramētū necessitate sed solū ē de solennitate ipsius q̄ non p̄fertur sibi gratia: et sic idem quod prius. ¶ Sed hoc magister exp̄sse i littera dicit. ¶ Sed s̄ diffinitio generis debet oibus speciebus conuenire sed in diffinitione sacramenti noue legis ponitur vt causa gratiē existat. q̄ p̄uenit matrimonio et sic non est tantū i remediū. ¶ Alterius videtur q̄ sacramēta non sint in remediū cōtra penā sed solū s̄ culpa: sacramēta. n. efficaciam hnt̄ ex hoc q̄ gratiā continēt. s̄ gratia non opponitur pene sed culpe. q̄ sacramēta non ordinant in remediū s̄ penam. ¶ Sed sapientis medici ē per causā curare effectū. sed cā pene est culpa. q̄ cū christus sit sapiētissim⁹ medicus non instituit aliqua sacramēta ad curādū penā nisi ea que curant et culpam ¶ Sed extrema vinctio cōtra infirmitatē videt ordinari: vt p̄ Jaco. vlti. s̄ infirmitas pena ē. cū extrema vinctio sit sacramētū: aliqd̄ sacm̄ ordinabitur s̄ penam et nō tantū cōtra culpā. ¶ Alterius videt q̄ aliqd̄ sacramētū ordinet s̄ culpā veniale: quedā. n. sacramēta sunt nociua nisi deposito mortali accipiantur: sicut p̄ de eucharistia et de ordine. sed dant in remediū alicuius culpe. ex

go dantur contra veniale. ¶ Sed medicina spiritu alia magis debet apponi contra culpā q̄ cōtra penā. sed peccatū veniale culpa aliqua ē. cū ergo aliqua sacramēta ordinantur cōtra penā: multo fortius videt q̄ aliqd̄ possit ordinari cōtra culpā veniale. ¶ Sed contra: penitentia ordinatur s̄ mortale et veniale peccatū: quod patet p̄ Magistrum qui infra determinat de penitentia veniali um: et Augustinus in libro de penitentia. s̄ penitentia sufficit s̄ mortale: nec aliud sacm̄ s̄ mortale ordinatur. q̄ multo magis sufficit s̄ veniale. nec oī aliqd̄ sacm̄ speciale s̄ veniale ordinari. ¶ R̄ deo vō ad. j. q. q̄ quicunq̄ ad perfectionem alicuius rei oī aliqd̄ apponet vltra id quod requiritur illius nō ē s̄ se p̄siderate: h̄ accidit ad subueniendū alicui defectui illi rei: sic q̄n̄ ad sustentationē corporis n̄ sufficit cibū ministrare nisi addatur aliq̄ vigetia signū est defect⁹ in virtute digerente. ex ordine autē humane nōe n̄bil aliud requirit ad eius p̄fectionē sp̄iale nisi de' istius et grā et vtutes istius. vñ cum alique res corporales adhibentur ad hominis sanctificationē: ex quibus fm̄ ordinem nature sanctificatio hominis non dependet: signū ē q̄ hoc sit ad subueniendū alicui defectui ipsius: et iō cum hoc inueniat in oibus sacramentis: oīa sacramēta in remediū alicuius spiritualis defectus instituta sunt. ¶ Ad p̄m̄ ergo dicendū q̄ ex hoc ipso q̄ ad sanctitatem homo perducit per ea que nature fm̄ se considerate ordo nō requirit: signū ē q̄ alicui defectui remediū adhibet: vñ quī sacramēta ex rōne sanctificationis non habeat q̄ sint in remediū: habent tamen hoc ex officio siue ex modo sanctificandi. ¶ Ad 2m̄ dicendū q̄ defectus spiritualis dupliciter contingit sicut et corporalis. Uno modo ex positione contrarij: sicut q̄n̄ corpus ē egrū et quādo in aia ē peccatū. Alio modo ex subtractione eius quod ad perfectionē necessarium erat: vel corporis vel aie: sicut q̄n̄ corpus est debile ad exercenda corporalia opera: et sicut q̄n̄ spiritus ad exequenda spiritualia. Remedia ergo q̄ dant cōtra primū defectū aliquid realiter tollūt et iō purgationis rationē habent. Remedia autē que sunt contra defectū secundū non tollunt aliqd̄ fm̄ rem: sed solū aliquid adiūciunt ad perfectōē: et iō talia remedia non dicūt purgare sed p̄ficere. Et hec eadē sūt q̄ magister dicit nos gratia et virtute fulcire inquantū perfectiua sunt: nihilomin⁹ tñ in remediū alicuius defectus sunt. ¶ Unde patet solutio ad tertium. ¶ Ad. ij. q. vō q̄ circa hoc sūt due opiniones: vna ē q̄ in matrimonio gratia aliqua non confertur: sed tñmō sit in remediū contra p̄cupiscentiā: hoc autē non videt conuenientē dicitur: q̄ aut intelligit eē in remediū p̄cupiscentiē quasi p̄cupiscentiā reprimēs: quod sine gratia eē non potest: aut quasi p̄cupiscentiē in parte satisfaciens: quod quidē facit ex ipsa natura actus non

intellecta etiam ratione sacramenti. Et preterea concupiscentia non reprimitur per hoc quod ei satisficit: sed magis augetur ut phus dicit in. iij. Et hi. aut in quatuor excusat concupiscentie actum qui sine matrimonio deformis esset: et hoc quidem facit per bona matrimonij quod ei conueniunt etiam in quantum est in officio et ratione sue sanctificationis: cum quod conueniat cum sacramentis veteris legis: et ita per hoc non haberet aliquid per illius: ut cum sacris noue legis putari debeat. Et propter hoc alij dicit quod matrimonij uis considerat in triplici statu: primum ante peccatum: et tunc erat tantum in officio: sub lege ubi ex ipsa sanctificatione sua excusabilem reddebat matrimonij actum quod absque hoc turpis fuisset: tertio sub statu gratie ubi ulterius gratiam confert ad concupiscentiam reprimendam: ut si vnusquisque possideret uas suum in honore et non in contumelia: sicut et geres que ignorabant deus. i. Tes. iij. et Tob. vi. dicit quod in illis qui in timore dei uxores accipiunt et amore filiorum ad cultum dei magis quam amore libidinis demon potestate non habent. Ad primum ergo dicitur quod sicut res corporales que sunt in alijs sacris non habent ut propria uirtute gratiam conferre possint: sed ex institutione diuina: ita etiam est de illis que matrimonij causant quod ex ipsa institutione diuina habent quod ad gratiam instrumentaliter disponant: nisi sit defectus ex parte nostra. Ad secundum dicitur quod quedam sacra sunt ad quorum efficaciam precegitur sanctificatio materie: ut per in confirmatione uel extrema unctione: quedam uero non precegitur predicta sanctificatione: sicut per in baptismo: ubi benedictio materie que fit a ministro non est de necessitate: sed de solennitate sacri: et sicut etiam de matrimonio. Ad tertium dicitur quod vnusquisque denominatur ab eo ad quod est: gratia autem que in matrimonio profertur secundum quod est sacrum ecclesie in fide christi celebratum ordinat directe ad reprimendum concupiscentiam: que concurrat ad actum matrimonij: et ideo magister dicit quod matrimonij est tantum in remedio: sed hoc est per gratiam que in eo profertur. Ad iij. quod dicitur quod duplex est pena peccati: quedam que per peccatum infligitur: sicut pena inferni: et flagella quibus a deo temporalis punimur: quedam ex ipso peccato consequens imedia te: et per consequens ad peccatum ordinant: sicut est debilitatio nature ad resistendum peccato et humiliter modi. Contra primum ergo penas non datur sacramentum in remedio directe: sed ex consequenti: ut si cura causa. si peccato cesset effectus. si pena. Sed contra secundam penam datur directe aliquod sacramentum: illa. si que in remedio sunt contra defectum contingente ex subtractione necessarii non ex positione contrarij. Ad primum ergo dicitur quod pene contra quas dicitur est sacrum ordinant: etiam ad gratiam contrarietatem habent: quod ex subtractione contingunt et in contrarij gratie ordinant. Ad secundum dicitur quod sicut est in medicina corporali quod curato morbo adhuc remanent alique reliquie morbi ex morbo causate: contra quas

specialia medicamenta dari: ita etiam est in medicina spirituali: et propter hoc contra predictas penas oportet esse aliqua sacramenta. Ad iij. quod dicitur quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt aliqua sacramenta in remedium uenialis dari: sicut eucharistiam et extremam unctionem. Sed hoc non videtur conuenienter dictum: quia penitentia purgatiua est uniuersaliter omnis peccati actualis mortalis et uenialis: unde ad hoc non oportebat aliquod sacramentum institui. Et preterea etiam non existentibus uenialibus adhuc necessitas illorum sacramentorum esset ad consummandum in bonum sed doctrina diuina. Et ideo aliter dicendum quod contra ueniale non ordinatur aliquod sacramentum ad curationem ipsius principaliter institutum: quous ex consequenti multa sacramenta contra uenialia ualeant. Ueniale enim et culpa est et dispositio ad culpam: imperfecta tamen ratione habens culpe: ita quod gratiam non excludit: et ideo in quantum culpa est potest tolli per omnia sacramenta que contra culpam tollendam ordinantur: in quantum uero est dispositio ad culpam ex ablata mortali culpa remanens: potest tolli etiam per sacramenta illa que contra penam ex culpa relicta et ad culpam inclinatem ordinant. Ad primum ergo dicitur quod illa sacramenta que gratiam in suscipiente preceperunt non ordinantur directe contra culpam: quia non sunt ad tollendum contrarium: sed ad supplendum defectum. Ad secundum dicitur quod sacramentum quod tollit mortalem culpam sufficit etiam ad tollendum ueniale: et ideo contra ueniale non oportet aliquod sacramentum dari: sicut contra reliquias culpe ad quam ablationem penitentia non ex toto sufficit sine aliquo sacramentis.

Ad secundum sic proceditur: videtur quod non debeant esse septem sacramenta: sicut enim dicitur est omnia sacramenta efficaciam habent a passione christi: sed vnus est sacramentum quod directe est representatiuum passionis christi et ipsum totum christum continet. scilicet eucharistia. et illud sacramentum sufficeret. Respondeo quod potest fieri per vnum non debet fieri per plura. sed per baptismum tollunt omnia peccata. et non oportebat quod aliquod aliud sacramentum contra culpam ordinaretur. Respondeo quod sacramenta in remedio contra defectum ordinantur. sed duplex est defectus. scilicet culpe: que est quasi contrarium: et pene que ex defectu gratie accidit ut dictum est. et duo sacramenta sufficerent. Respondeo in lege noua ubi manifestior est ueritas: minimum debet esse de figuris. sed in lege nature secundum Augustinum crant tantum tria sacramenta. scilicet oblationes decime: et sacrificia. et non debet esse plura sacramenta in lege noua quam tria. Respondeo sacramenta legalia nostrorum sacramentorum figure fuerunt. sed ipsi non habuerunt aliqua sacramenta respodentia confirmationi et extreme unctioni. et nec nos huiusmodi sacramenta habere debemus. Respondeo. Dio. in ecc. hierarch. ubi de sacris tractat

matrimoniū & penitentiā omittit. **S** videt q̄ nō sint nisi. v. sacra. **S** 3̄: videt q̄ sint plura: oē. n. illō quod in remediū peccati dat: videt esse sacm. sed aqua benedicta est huiusmodi: q̄ per eaz venialia tollitur. **S** est sacramētuz **S** sicut circa concupiscentiā: q̄ est i venereis p̄tingit eē peccatū itē perātie: ita circa cōcupicētā que est i cibis & potibus **S** p̄mā & cupiscentiā habemus vñū sacm. **S** & cōtra secūdam habere debem? **S** Dio. inter sacramēta nomiat monasticā p̄sumatōez siue cōsecrationē. sed non cōputatur inter septem sacra hīc enumerata. **S** sūt plura q̄ septē **S** oblatio nes & decime i lege nature erant sacramenta fm Dugo. cum **S** mō sint oblationes & decime: videt q̄ sint sacramēta. & sic idem q̄ prius **S** sacra ex sanctificatione inuisibilem grāz continent fm Dugo. sed multe sūt sanctificationes p̄ ministros ecclie facte q̄ hīc nō numerantur: sicut cōsecratio templi & altaris & sacraz vestiuū & huiusmodi. **S** sūt plura sacramēta. **R** Espondeo dō q̄ sacramēta ex hoc q̄ sūt sacra habent q̄ sint i remediū **S** de defectum aliquē. ex hoc autē q̄ sūt sacra ecclie hnt p̄ ministros ecclie dispensari: & i mēbra ecclie trās fundi. Et iō dupliciter pōt accipi numer⁹ sacramētoz. p̄p̄: p̄mo ex defectibus **S** quos sacramēta ordinatur: ordinant autē sacramenta vt ex viciis p̄ ad tollendū p̄trariū: & ad supplendū defectū. **L**ō trarium autē sanctitati est culpa: que q̄dez dupliciter tollitur. Vno mō impediendo ne fiat: & h̄ mō in remediū culpe matrimoniū ordinatur. Alio mō subtrahendo iam existentē: & sic **S** originale culpam ordinatur baptisim⁹: **S** actualem p̄nia. **S** cūduz remediū p̄bent supplendo quod d̄ sicut ea q̄ perfectiōis sūt effectiua. Est autē duplex perfectio. Vna forme ad actū: & hanc q̄dem perfectionē facit ordo quātuz ad executionē bonoz: q̄ reddit hominē idoneū ad dispensationē sacramētoz. sed quātuz ad perfectionē difficultū facit dictam p̄fectionē cōfirmatio q̄ hominē forte reddit vt nomē christi p̄pter p̄suras mūdi cōfiteri nō refugiat. alia autē p̄fectio ē i ordine ad finē ad quē per actus peruenit: & hanc quidez p̄fectionem quātuz ad finem intra facit extrema vntio que est quedā delibutio preparans in gloriaz resurrectionis. quātuz vō ad finem extra facit eu charistia q̄ mēbra capiti cōiungit: & quia hīc ē vltim⁹ termin⁹ n̄se sanctificationis: iō dicit Dio. q̄ ois alia sanctificatio i eu charistia terminatur: q̄ & ordinati & baptisati eu charistia sumūt. Si autē considerantur sacramenta vt sūt ecclie sacramēta. s. p̄ ministros ecclie dispensada: sicut pōt fm doctrinam Dio. hoc mō numer⁹ eoz accipi: in qualibz n. hierarchia oportet esse actionem hierarchicam & exercētē eā & recipientes. recipientes autē p̄ ipas actiones superiorū in suis gradib⁹ p̄ficiunt: & ideo ex p̄re eoz nō d̄ esse aliquod speciale sacramētū

p̄ q̄ receptiui sacroz sūt. actio autē hierarchica est triplex. s. purgare: illuminare: perficere. **S** q̄ nullū sacramētū noue legis purgat sine gratie infusione que illuminatio dicit: iō Dio. in sacris cōiungit purgationē illuminationi: potest autē esse in sacris purgatio vel a culpa: & sic h̄ purgatiū & illuminatiū vim quātuz ad originale baptisim⁹. quātuz ad actuale penitentiā. vel a reliquis culpe: & sic extrema vntio purgare h̄. vel a cā culpe q̄ est cōcupiscentia: & sic matrimoniū quod eā rep̄mit & ordinat vñū purgatiū h̄. Perfectio autē ē duplex. s. perfectio forme: & ad hanc ē confirmatio: q̄ hominē in seipso p̄sistere facit: vt a p̄trariis non facile soluat: & perfectio finis: & ad hanc ē eu charistia que nos fini p̄iugit. Ex parte autē exercētium actiones hierarchicas accipit vñū sacm s. ordo p̄ quē ministri ecclie ponunt in statu exercētū hierarchicas actiones. Potest & aliter accipi numerus sacramētoz fm p̄ditionē eoz. quib⁹ per sacra subuenit. Sunt. n. sacra in remediū data: aut igit in remediū vnius persone: aut totius ecclie. Si p̄mo mō aut quātuz ad ingressū: & sic ē baptisim⁹: aut quātuz ad egressū: & sic ē extrema vntio: aut quātuz ad progressū: & hoc ē duplici: vno mō quātuz ad executionē virtutis: vel vt a malis nō superemur: & quātuz ad hoc ē p̄firmatō vel vt bonis adhibeamus: & quātuz ad hoc ē eu charistia: alio mō ad reparationē virtutis si ipsa in pugna spiritali aliquo mō ledi contingit: & sic ē penitentiā. Si in remediū totius ecclie: aut i regimē: aut multiplicationē ipsius spiritalē: & sic ē ordo: q̄ principatus bonuz multitudinis est fm p̄m in. v. Ethic. aut quātuz ad multiplicationē materiale fidelit⁹: & sic ē matrimoniū. Quidā aut accipiunt numerū sacroz h̄ adaptationē ad virtutes: vt fidei respondeat baptisim⁹: q̄ sacm fidei dicit: spei extrema vntio: p̄ quā hō preparat quodāmo ad futurā gloriā. charitati eu charistia prudētie ordo: iusticie penitentiā. tēpantie m̄rimoniū: fortitudinē p̄firmatio. q̄dā vō adaptat diuersis generibus culpaz & penaz: vt baptisim⁹ sit **S** culpā originale: penitentiā **S** actuale mortale: extrema vntio **S** veniale: ordo **S** ignorantia: matrimoniū **S** cupiscentiā: p̄firmatio **S** infirmitatez: eu charistia **S** maliciā: q̄ ē sacm charitatis: q̄ per se oppōit malicie. Dec. n. quattuor dicit Beda ex peccato p̄secuta. **A**ld p̄m q̄ dō q̄ quis eu charistia sit memoriale ipsius om̄ice passiois ipsū christū p̄tinēs: nō tñ quātuz ad oēs effect⁹ eius. Vel dō q̄ pp̄ p̄dictā rōnez eu charistia ordinat ad vltimū effectuz passionis christi: quasi p̄pletissime ab ea efficacā h̄ns: & iō quātuz ē de se valer **S** oēs spiritalis defectus: vñ & cū singulis sacris exhibet: quasi p̄sumans effectuz vnius cuiusq̄. sed tñ p̄ceperit alia sacra: vt idone⁹ quis reddat ad tantū p̄ceptiōnē mysterij: sicut etiā in nālū vltima forma nō

dat nisi precedentibus oibus dispositionibus.
Ad 2^o dō q̄ bap̄tismus ē sac̄m̄ intransiūz: q̄ facit hominē p̄mo p̄ ir̄cipē redēptionis ch̄risti p̄sepeliens eū in s̄ilitudinē mortis ch̄risti: 7 iō non potest iterari sicut nec passio ch̄risti: 7 q̄ peccata actualia iterant: iō 7 culpaz actualē oportuit ali- quod remediū adhiberi. s. penitentiā q̄uis etiam bap̄tismus ipsuz delect. **Ad 3^o** dō q̄ defectus illi sunt generales 7 nō h̄nt eādē rōnē in oib⁹ suis p̄ tibus: 7 iō oportuit 7 diuersas partes eoz diuer- sa remediā adhiberi. **Ad 4^o** dō q̄ in lege nāe multa signa gratie peccesserūt: sicut diluuiū: occi- sio Abel: 7 huiusmodi: que tñ non debent oīa sa- cramenta: sed illa tñ que ad aliquod remediū ex- hibebant. ea. n. significabant rem sac̄ā vt actu sa- crantē: quod est de rōne sac̄i: vt s̄ dicitur ē: 7 iō i le- ge nature Hug. tñ ponit tria sac̄a. s. sacrificia: ob- lationes: 7 decimas: q̄ p̄ hoc vt dicit Hie. Reme- diuz aū circūcisionē 7 originale erat: 7 q̄uis tunc efficit tēpus figuraz magis q̄ modo non oportet eē signa determinata ad determinatōē effect⁹ gratie: sicut mō sūt: 7 iō in quadā generalitate sa- cramēta illa nostra sac̄a 7 ipsoz cām. s. passiōē ch̄risti significabant: sicut q̄ p̄ sacrificia significa- bat passio: p̄ oblationes dispositio patientis ad passiōē: q̄ ipse se voluntarie obtulit ad passiō- nē: Esa. liij. per decimas autē p̄paratio patientis ad illos pro q̄bus patiebatur: sicut noues p̄ ab ipso oēm p̄fectionē expectantes: sicut noues p̄ decē p̄plentur. Hoz autē duo referunt ad eucha- ristia. s. sacrificiū quantū ad signatum: 7 obla- tio quantū ad mām 7 vsuz: sed decima p̄figurabat bap̄tismū inquantū aliquod auferebatur: matri- moniū autē 7 penitentiā 7 ordo erant illo tpe: sed tñ non p̄putant inter sac̄a illius tpi: q̄ nō fiebāt eū aliqua consecratione. quilibet. n. primogenit⁹ fm̄ Hiero. sacerdos erat: nec erat aliquis modus determinatus ipsoz nisi fm̄ instinctū nature pro ut cuiq̄ rō fide innata dicebat faciendū. **Ad 5^o** dō q̄ tpe legis scrip̄e tā plura cū aliqua p̄seca- ratione celebrabant: q̄ nostris sac̄is quasi figure re- spondent: q̄ p̄ circūcisionē nostrū bap̄tisma figu- rat: p̄ oblationes 7 sacrificia eucharistia: p̄ diuer- sos ritus expiationū penitentiā: p̄ p̄secrationes Aa- rō 7 filioz eius noster ordo: 7 per matrimoniū iā ad aliquas certas p̄sonas determinatū 7 sub le- ge p̄stitutū nostrū matrimoniū: sed extreme vn- ctiois nō debuit precedere figura: q̄ extrema vn- ctio est directiua 7 preparatiua in gloriā: quam tunc statī post mortē p̄sequi nō poterāt sicut mō possunt: similiter nec p̄firmatio in qua p̄plemen- tū sp̄s̄ facti datur: tps̄ aū illud nō erat tps̄ pleni- tudinis: sicut tps̄ istud. **Ad 6^o** dō q̄ Dio. non intendit ibi determinare de sac̄is: s̄ de actionib⁹ hierar. hieis: q̄ p̄sistūt in cōsecrationē p̄ ministros ecclesie facta. Et q̄ matrimoniū 7 penitentiā pos-

sunt habere suum effectū sine tali consecratione: ideo d̄ eis nō determinauit. **Ad. vij.** dō q̄ aqua benedicta nō ordiat directe ad remediū p̄stādū: sed remouēdū phibēs: vñ datur 7 demonū neq̄- tias 7 venialia: 7 omne qd̄ effectū sacramētoz i- pedire posset: propter hoc non est sacramentuz: quia remouens phibens ē agens p̄ accidens sed ē sacramētale: quasi dispositio quedam ad sacra- menta. **Ad. viij.** dō q̄ concupiscētia que ē in actu generatiue h̄z specialē fediratem ab alijs cō- cupiscētijs: q̄ p̄ter hoc q̄ ē infectiua p̄sone qd̄ h̄z cōe cū alijs 7 idem remediū habens. s. penitentiā ē etiaz infectio nature: 7 iō debet habere speciale remediū secūdū q̄ ad purgationē nature ordinat. **Ad. ix.** dō q̄ ad quālibet eminētiā status dat aliqua sanctificatio cū sit ibi necessarium speciale auxilium gratie: sicut in p̄secratioē regū 7 mona- choz: 7 monialiu: 7 iō sunt actiōes hierarchie: 7 propter hoc Dio. de eis determinat: non tamē habent rōnem sacramēti sed solū illā eminētiā p̄ quā homo efficit sacroꝝ disp̄sator. **Ad. x.** dō q̄ oblationes 7 decime erāt sac̄a tñ iquantū erāt figurales: s̄ q̄tū ad h̄ nūc nō manēt: s̄ solū s̄z q̄ sunt morales ad vsuz ministrorū ecclesie 7 paup̄uz deputate: 7 iō nūc nō sunt sacramenta. **Ad. xi.** dō q̄ oēs ille sc̄ificatiōes ordinātur ad sac̄m̄ eu- charistie: 7 iō nō sūt sac̄a s̄z sacramēta quedā.

Ad tertiu: sic proce-
ditur: Videt q̄ sacramēta incōuenienter a mḡro hic ordinātur: prius. n. ē qd̄ animale est q̄ quod sp̄iale. j. Cor. xv. s̄z m̄m̄oniu ad vitaz aiālē p̄tinet: oīa autē sac̄a alia ad vitaz sp̄iale. ergo m̄m̄oniu ē oibus prius. **Ad. agēs** nāliter por- tē sua actione: vñ 7 i iure pus determinatur de offi- cijs q̄ de actionibus. s̄z sac̄m̄ ordinis p̄stituit disp̄satores alioꝝ sacroꝝ. s̄ ordo iter alia p̄uo- o: poni. **Ad. bonū cōe** ē diuinius q̄ bonū p̄sōe vt dicit i. j. Eccl. sed m̄m̄oniu 7 ordo ordināt i remediū cōe: alia autē i remediū vnius p̄sone vt dicitur ē. s̄ illa duo sac̄a ante alia poni debēt. **Ad. eucharistia** perficit nos coniungendo fini vt dicitur ē. sed finis est vltimū i adēptiōe. s̄ eucha- ristia post oīa debet poni. **Ad. purgatio** p̄cedit illuminationē 7 perfectionē. s̄z secūdū Dio. eucha- ristia pertinet ad perfectionē: similiter 7 p̄firma- tio. s̄ penitentiā q̄ maxie ad purgationē pertinet videt q̄ antea debet poni. **Ad. Dionysius** ponit eucharistiam ante confirmatiōem. cū s̄ magister contrariuz facit videt q̄ incōuenienter ordinat. **Respondeo** dicendū q̄ pus 7 posterius mltipli- citer dī: s̄z in his que ad actiones pertinent prius quo ad nos ē illū qd̄ est prius in via generatiōis: 7 iō secūdum hanc viā magister sac̄a q̄ sanctifi- cationes quedā sūt: ordinat. prius enī i via genera- tionis ē bonum priuatū q̄ cōmune qd̄ confurgit

ex bonis singulorum: sicut homo est pars homo et do-
mus civitate. Et ideo sacra que in remediis unius
persone ordinant prius ponunt inter que primo ponit
tur illud quod pertinet ad intrantes. scilicet baptismus: vlti-
mo illud quod pertinet ad exeuntes. scilicet extrema unctio
in medio illa que pertinent ad progredientes que ho-
mo ordinantur: quia non perficitur in bono essentialiter est
virtus et cetera singulis progredientibus ad virtutem: sed resur-
gere a peccato accidit huic progressui ex parte sub-
iecti quod cecidit: unde non est omnibus cetera et quantum ad
perfectiorem ad bonum. Perfectio in forma prece-
dit in via generationis perfectionem in consecutione
finis: ideo inter sacramenta que ad progressum in bonum
pertinent: primo ponit confirmatio que est ad perfectio-
nem similem perfectioni forme: et eucharistia que est ad
perfectiorem in fine: et penitentia que est ad reparationem
virtutis amisse. In sacramenta autem que ad remedium
totius ecclesie deputant: primo ponit ordo: quia mini-
monium iquantur ministerium per ordinem dispensatur
finitur que est sacramentum. Ad primum quod dicitur quod ministerium
nium finit que pertinet ad vitam aialam non est sacrum: sed na-
ture officium: sed finit que habet aliquid spiritualitatis qua-
tum ad signum et effectum sic sacrum est: et quia minimum ha-
bet de spiritualitate: ideo vltimo inter sacra ponit.
Ad 2^{um} dicitur quod in sacrorum actionibus ordo non con-
stituit principale agentem: sed ministrum et instrumentum quod
est diuine operationis. in iudicibus autem iudex habet for-
mam scientie et iusticie operatur non solum sicut instrumentum: et
ideo in iure premituntur ea que ad officia pertinent: sed
in sacris non ordo. Ad 3^{um} dicitur quod quibus bonum esse sit
diuinius: tamen bonum singulare est prius in via genera-
tionis: et ideo est plus monastica politice premissit: vt
patet in x. Eth. Ad 4^{um} dicitur quod per unctio ad finem est du-
plex: vna finit plenam participationem ipsi: et hec coniu-
ctio non efficitur per aliquod sacramentum: sed sacra ad ea dispo-
nunt et in eis oia viciniam extrema unctio: et ideo vltimo
ponit inter ea que ad remedium vnius persone ordinant
alio modo finit inspecta qualis est fructus vite et ad hanc
ordinat eucharistia: et ideo non ordo ponat vltima sum-
placit: sed vltima in progressum ad bonum. Ad 5^{um} dicitur quod
penitentia non dicit purgationem absolute respectu
cuiuslibet impuritati spiritualis: hoc non ad baptismum
pertinet: sed purgationem in casu. scilicet quando aliquis a statu
virtutis cecidit vt iteque ad bonum redeat: et hec est secun-
da tabula post naufragium finit Hiero: et ideo peniten-
tia ponit post illa sacra que ad summationem in bonum
ordinant. Ad 6^{um} dicitur quod Dio. considerauit in eis
ordine magis quantum ad dispensationem eorum quam qua-
tum ad effectum: quia eucharistia statim baptismatis da-
tur: si sunt adulti: non autem confirmatio: ideo post ba-
ptismum immediate eucharistiam posuit.

Ad quartum sic proce-
dit: Videtur quod non debuerint in noua le-
ge aliqua sacramenta de nouo institui: natura enim
operatur breuiori via quam potest: et hec ad ordinationem

nam pertinet. sed gratia est magis ordinata quam natura:
cum gratia breuiori via esset quam sacra iam in veteri lege exi-
stentia proficeretur quam aliqua de nouo institueretur: vide-
tur quod aliqua de nouo institui non debuerit. Ad 7^{um}.
sic sacra sunt necessaria ad salutem: ita et precepta. sed
christus non alia precepta moralia instituit: sed perxi-
stentia consilij proficit. et nec noua sacra instituire de-
buit. Ad 8^{um}. sacra sunt medicie spirituales vt prius di-
ctum est. sed non oportet eadem medicie puulo et adulto.
cum gratia statim legi pareretur puerili etati: status autem te-
poris gratie etati perfecte: vt patet Gala. iij. videtur quod
alia sacra fuerunt et tempore gratie instituta. Ad 9^{um}.
videtur quod hec eadem debuerit a principio mundi per
peccatum institui: quia ad crudeliter medicum pertinet vt ef-
ficaciter medicina non statim infirmo proponat: sed cum vni-
uersaliter sinat: sed a deo oia crudelitas relegata est. et
sacra noue legis que sunt efficacissime medicie obue-
runt statim post peccatum humano generi exhibe-
ri. Ad 10^{um}. sacra noue legis totam efficaciam habent ex
passione christi. sed passio christi operabatur et a prin-
cipio mundi post peccatum ad reparationem habet quod erat
credita vt in i. ij. li. dis. xix. dictum est. et tunc sacra in-
stitui debuerunt. Ad 11^{um}. gratia proficit natura. sed non per-
cedit ex imperfectioribus ad perfectiora: sicut patet in
omni motu et generatione: et similiter etiam auro. et
similiter gratia obuiat prius imperfecte et postea copio-
se per efficaciam sacramenta vari. Ad 12^{um}. videtur quod sta-
tim christo nato sacramenta institui debuerunt: sunt
n. sacra noue legis gratiam continentia. sed ipsa gratie
extremum inceptum. et tunc institui debuerunt. Ad 13^{um}. sacra
adiuuant ad implendum precepta. sed precepta moralia oia
dit: vt q' in confirmatione character non ip̄imat' character. n. vt. s. dicit' ē: signūz distinctiū. s; pugna spiritalis oib' indicit. cū q' p̄firmationis sac'z det' ad roborandū in pugna spiritali vñ q' in ipsa nō fiat aliqua distinctio ali cui' ab altero p̄ ip̄sionē characteris. Ad in ve teri lege erat necessaria pugna spiritalis sicut r in noua. s; in lege veteri nō erat aliqd' sac'z cha racterē ip̄imēs: vt. s. dicit' ē. g' nec p̄firmatio cha racterē ip̄imit. Ad 2^m dicit' ē q' character ē spiri tualis potestas. s; sp̄ial' p̄tās passiua. i. p̄cipienda sac'z alia sufficiēti tradit' in baptismo: p̄tās aut' actiua. i. dispensandi sac'z ad ordinē p̄tinet. cū q' p̄firmat' nō p̄statur in gradu alicuius ordiis vlt' dignitatis: vt q' in p̄firmatōe characi nō ip̄imat'. Ad 3^m characi ē signū p̄firmatōis nos trinitati. sed sicut o; nos p̄firmari in sapiētia r potētia: ita r i' bonitate. cū q' in baptismo ip̄imat' characi fidei p̄firmatōis nos diuine sapie: r in ordine characi po testatis p̄firmatōis nos diuine potētie: vt q' in cōfir matione ip̄imat' characi plenitudis sp̄s sancti cō firmatōis nos diuine bonitati. Ad p̄ characterē q' si ascribimur ad familiā iesu chūsti. s; chūstus sic ē p̄ n̄ r sacerdos: ita ē r rex n̄. cū q' p̄ characte rē baptismalē ascribamur ei quasi patri filij re generati p̄ baptismū r p̄ characterē ordinis: r q̄si mīstri sacerdoti sumo: vt q' sili rōne in cōfirmati one debeat ip̄imi characi q' cōfirmemur ei q̄si milites regi. Ad 4^m vñ q' idē sit characi p̄firmati oni p̄ essētiā r baptismi: q; ad eadē formā seu spe ciē n̄ pōt eē nisi vna assimilatio. s; i' trinitate: vt Bi la. dicit' ē sp̄s idifferēs. g' cū characi sit signū assim i lās trinitati: vt q' characi p̄firmatōis n̄ possit esse alius a charactē baptismi. Ad 5^m i' corporalib' ita ē q' duo characteres n̄ possūt eē i' eadē pte. s; chara cteris subiectū ē vna p̄s aie: vt. s. dicit' ē. g' p̄ p̄mū characterē n̄ pōt ali' characi supaddi. Ad 6^m ad ea q' se necario p̄sequūt aliq; eodē charactē ascribūt sic idē characi ē i' sacerdote ad p̄ficiēdū r ad absol uēdū. s; p̄fessio fidei cui' sac'z ē p̄firmatio cōsequē de necessitate ad fidē: cui' sac'z ē baptism' : q; cor d' credit ad iusticiā: ore p̄fessio sit ad salutē: Ro. x. g' idē characi ē i' baptismo r i' cōfirmatōe. Ad 7^m characi ē p̄p̄us effect' sac'z: r imediat': s; diuersa rū cāz p̄p̄ij effect' sūt diuersi. cuz q' baptism' r cōfirmatio sint diuersa sac'z r characteres ip̄es si erūt diuersi. Ad 8^m iō baptism' iterari nō pōt: q; characi ē idelibilis. si g' idē eēt characi baptismi r cōfirmatōis post baptismū cōfirmatō n̄ adderet.

Tertius videt q̄ character p̄firmatōis nō p̄
 supponat characterē baptismalē. charact. n. p̄fir
 marionis ad hoc datur q̄ hō fortiter christū p̄fite
 at. s̄ aliqui an̄ baptismū fortiter christū p̄fessi sūt
 ad martyriū palmā p̄ueniētes. q̄ an̄ baptismū p̄t
 aliquis accipe characterē p̄firmationis. **P̄**. cha
 racter confirmationis ē sac̄m̄ ⁊ res. s̄ hō ē non
 baptizatus potest p̄cipere id q̄d ē sac̄m̄ ⁊ res i cu
 charistia. i. corpus dñi verū q̄uis rē sac̄ri non cō
 sequat inordinate accipiens nisi forte credat se ba
 ptizātū. q̄ ⁊ s̄r characterē p̄firmationis consequi
 potest non baptizatus. **P̄**. sicut baptismus nā
 liter precedit p̄firmationē: ita vnus ordo nāliū p̄
 cedit aliū. si q̄ aliquis accipit ordinis p̄ntis chara
 cterē q̄ nō accepit characterē precedentis: vñ non
 reordinat: s̄ quod defuerat supplet. q̄ ⁊ characterē
 p̄firmationis potest hō accipere sine characterē
 re baptismali. **S̄** ⁊ ē: q̄d Dio. dicit. ij. ca. ec. hie
 rar. q̄ nihil diuinitus traditorū opari potest q̄ nō
 ē regeneratus p̄ baptismū. s̄ character cōfirmati
 onis ē huiusmodi. q̄ non potest aliq̄s characterē
 p̄firmatōis percipere q̄ nō ē baptizāt. **P̄**. bap
 tismus dī esse principium spiritalis vite: fm̄ Dio. ⁊
 Dam. sed remoto principio aufert q̄d ē post p̄nci
 piū. q̄ q̄ nō ē baptizatus non potest characterē cō
 firmationis accipere. **R̄**ideo v̄d ad. j. q. q̄ chara
 cter ē distinctiuū signū quo q̄s ab alijs distinguit
 ad aliquid spirituale deputatus. sed ad spirituale
 potest aliquis tripliciter deputari. Vno mō vt ali
 quis in se spiritalia participet: ⁊ ad hoc quis de
 putat in baptismo: q̄ iā baptizatus potest eē par
 ticeps ois spiritalis receptiois. vñ character ba
 ptismal vt. s̄. dicitū ē est quasi q̄dā spiritalis po
 tentia passiva. Alio modo vt spiritalia quis in
 noticia ducat p̄ eoz fontē p̄fessionē: ⁊ ad hoc quis
 deputat in confirmatione. vñ etiā tpe persecutio
 nis eligebant aliqui qui deberēt in locū persecuti
 onis remanere ad publice nomē christi p̄fitendū:
 alijs occulte credentib⁹: sicut p̄ i legēda beati Se
 bastiani. Tertio mō vt etiā spiritalia credentib⁹
 tradat: ⁊ ad hoc deputat aliquid per sac̄m̄ ordi
 nis ⁊ iō sicut in baptismo p̄fert character ⁊ in ordine
 ita ⁊ in confirmatōe. **Ad p̄m̄** q̄d q̄ pugna spi
 ritualis qua quis pugnat ⁊ ipedientes salutē suā
 ipsi oib⁹ indicat. s̄ ad hoc nō dat sac̄m̄ cōfirmatōis
 s̄ ad persistendū fortiter in pugna qua q̄s nomē
 christi ipugnat: ⁊ vt inuict⁹ p̄fessor christi perma
 neat: ⁊ huic pugne non oēs exponunt: s̄ solū p̄fir
 mati. **Ad 2m̄** q̄d in veteri lege non erat tēpus
 per stulticiā p̄dicationis propagandi cultū dei: s̄
 magis per generationē carnalē: ⁊ iō tūc talis pu
 gna de p̄fessione fidei nō multū erat necessaria ni
 bilomin⁹ tūc erat distinctio h̄ characteris in vete
 ri lege figurata: sicut ⁊ alioz. in distinctio. n. si
 lioz israel ab egyptijs significabat character ba
 ptismalis: in distinctio timidoz a fortib⁹ in bel

lis character confirmationis: in distinctio leuē
 taz a fratrib⁹ suis character ordinis. **Ad 3m̄** q̄d
 q̄ potestas characteris h̄ ē potestas actiua: nō ad
 p̄ferendū spiritalia quod ē ordinis: s̄ magis ad
 p̄fitendū publice: ⁊ iō p̄firmatus non p̄stituit i gra
 du alicuius ordinis q̄ nullus ei subiicit in recepti
 one diuinoz ab ipso. **Ad ij. q. dō** q̄ quelibet
 potentia de sui rōne ipostat ordinē ad aliquid: ⁊
 iō o3 potentia p̄portionatam esse actui ad quem
 ē: q̄ p̄p̄rius actus non sit nisi in p̄p̄ria mā fm̄
 p̄m̄ in. ij. de aia: ⁊ iō o3 q̄ potentie distinguant p̄
 distinctio actū ad quos ordinantur siue sint po
 tētie actiue siue passiue: ⁊ q̄ character vt. s̄. dicitū
 ē ē potētia spiritalis: iō cu3 character baptismal
 is nō ad idē ordinē cū characterē p̄firmatōis vt
 ex dicitis p̄: planū est q̄ non est idēz vterq̄z chara
 cter. **Ad p̄m̄** q̄d q̄ ad vnā speciē seu formā
 quā aliquid perfecte representat non potest eē ni
 si vna assimilatio: ⁊ iō patris nō ē nisi vna perfe
 cta imago. i. filius: s̄ si non sit perfecta representa
 tio: tunc possunt eē diuerse assimilationes ad vnū
 simplex: ⁊ iō diuerse creature diuersimode s̄ su
 uz modū diuinā s̄litudinē habēt: ⁊ propter hoc
 nō ē inconueniens si sint diuersi characteres i aia
 trinitati fm̄ diuersa conformatē. **Ad 2m̄** q̄d
 character corporalis attēdit s̄ figurā q̄ p̄stitit in
 terminatione figurati: ⁊ q̄ ipossibile ē esse diuer
 sas terminaciones vnus rei: iō ipossibile ē vt idēz
 corpus fm̄ eādē partē diuersimode figuretur aut
 characterizet. sed character spiritalis attēdit s̄
 aliquā spiritalia p̄p̄rietatē. nō ē autē inconueni
 ens diuersas p̄p̄rietates nō oppositas eisdē inef
 se fm̄ eandēz partē: ⁊ iō in eadēz parte aīe plures
 characteres esse possunt. **Ad 3m̄** q̄d q̄ quis cu
 iuslibet baptizati ⁊ credentis sit cōfiteri q̄n̄ cōfesi
 o ab eo expectat: non tñ ē cuiuslibet se libere ex
 ponere: sed tñ p̄firmati: ⁊ hoc etiā patz in aposto
 lis in quibus hoc sac̄m̄ inuituz sumpsit: q̄ an̄ ad
 uentuz sp̄s sancti confirmantis eos crāt clause fo
 res cenaculi propter metū iudeoz: postea repleti
 spiritus sancto ceperunt loqui cū fiducia ⁊ publice
 verbuz dei: vt p̄z in actib⁹. **Ad ij. q. dō** q̄ nihil
 potest participare actionē vel p̄p̄rietatē alicui⁹
 nature nisi prius habeat subsistentiā in natura il
 la. vñ cū per baptismū q̄ ē spiritalis regeneratō
 hō acquirat subsistentiā in vita spiritali christia
 ne religionis: non potest non baptizatus aliqd co
 rū q̄ ad hāc sp̄ualez vitā pertinet p̄cipare: ⁊ iō
 nō p̄t p̄cipere p̄firmatōis characterē: ⁊ hāc rōnē
 Dio. assignat in. ij. ca. ec. hierar. **Ad p̄m̄** q̄d q̄
 ad ea q̄ sūt necessitatis hō admittit etiā si hoc nō
 p̄petat ei ex officio: sicut p̄z q̄ etiā nō habens or
 dinē in casu necessitatis baptizare potest licite q̄
 uis hoc nō p̄petat sibi ex officio. s̄r etiā q̄ cōfesi
 teri nomē christi vbi confessio exquirat ē necessita
 tis: iō etiā non baptizatus hoc p̄petit q̄uis hec nō

habent ex officio characteris in sacro confirmatio-
 nis suscepti. ¶ Ad 2^m dō q̄ in sacro eucharistie il-
 lud qd̄ ē res & sacm̄ ē extra suscipiēte: ⁊ iō dōispō
 illius non ipedit qn̄ sit illd̄ qd̄ ē res & sacm̄. f. cor-
 pus chūsti verū. s. h' qd̄ ē res & sacfz i confirmatioe
 ē aliq̄ua forma i suscipiente recepta: ⁊ iō indispō
 recipiētis ipedit ipressiōne characteris. ¶ Ad 3^m
 dō q̄ ordo potētē passiuē ad actiua ē ordo neces-
 sitatis: q̄ d̄ nō hz potētā passiuā ad aliq̄uid reci-
 piēdū nihil recipit nisi miraculose: s. ordo poten-
 tiē inferioris actiue ad superiorē ē tm̄ ordo cogru-
 itatis: ⁊ iō carens baptismali caractere d̄ ē poten-
 tia passiuā recipiēdi spūalia: nihil potest recipere
 de alijs spūalib'. carēs autē caractere inferioris or-
 dinis qui est potentia actiua potest recipere cha-
 ractere superioris ordinis.

Ad secundū sic pro

Accedit: vī q̄ gratia gratū faciēs i confor-
 matione nō pferat. gra. n. gratū faciēs ordinat̄ ⁊ cul-
 pā ⁊ nō ⁊ penā. s. confirmatio ordinat̄ ⁊ penā ⁊ nō
 ⁊ culpā: q̄ ille d̄ confirmat̄ iā n̄ ē ipi' p baptismū iu-
 stificatus. s. n̄ recipit grāz gratū faciēte. ¶ baptil-
 m' n̄ hz mun' ordinē ad gratiā gratū faciēte q̄ cō-
 firmatio. s. ille d̄ prius hūit grāz p baptismū non
 accipit gratiā gratū faciēte. s. cū confirmat̄ iā hēat
 grām quā in baptismō suscepit: sicut p̄ in pueris
 vī q̄ in cōfirmatione grā gratū faciēs nō pferat.
 ¶ ad id qd̄ pot̄ fieri in mortali peccato nō req̄-
 rit gratiā gratū faciēs. sed aliq̄ in peccato morta-
 li exntes possūt fortit̄ nomē chūsti p̄fiteri. s. cū cō-
 firmatio sit sacm̄ p̄fessiois chūsti: vī q̄ nō des̄ ibi
 grā gratū faciēs. ¶ s. sacm̄ noue legis effīc qd̄
 figurat. s. p̄ vnctionē chūstianis significat vnctio
 gre. s. in cōfirmatione grā gratū faciēs p̄fert. ¶ baptil-
 m' i lra d̄ q̄ ibi dat spūalē. s. in p̄. dicitū ē q̄ mis-
 sio spūalē n̄ ē sine grā gratū faciēte. s. in p̄firma-
 tioe dat grā gratū faciēs. ¶ lterū vī q̄ sit eadē
 cū grā baptismali. duo. n. accidētis eiusdē spēt nō
 possūt cē in eodē simplici ⁊ idiuisibili. s. subiectū
 grē gratū faciētis ē essētia aie q̄ ē vna ⁊ simplex.
 s. in ea nō possunt esse diuerse gratiē: ⁊ ideo cuz
 grā baptismalis sit ibi: grā i confirmatioe data erit
 penit̄ idē. ¶ eadē ē grā q̄ ē in virtutib' ⁊ donis. s. p̄
 baptismū p̄fert grā cū oib' virtutib': vt. s. dicitū
 ē: in p̄firmatioe aut̄ dat grā cū septiformi plenitu-
 dine spūalē: vt in lra d̄: qd̄ ad septē dona p̄-
 ter. s. eadē ē grā q̄ dat in p̄firmatioe ⁊ in baptil-
 mo. ¶ maior ē distinctio virtutū q̄ grē. s. ad eā
 dē virtutē p̄tinet credere ⁊ cōfiteri. f. ad fidē. s. ml-
 to fortit̄ p̄tinet ad eadē grāz. s. grā baptismalis q̄ p̄-
 ficat ad credēdū ⁊ grā p̄firmatōis q̄ p̄ficat ad p̄fite-
 dū ē eadē grā. ¶ s. cō: cōe diuerse inducunt diuer-
 sos effect'. s. aliud ē sacm̄ exteri' i baptismō q̄ in
 cōfirmatioe ⁊ ali' caractere interiori vt dicitū ē: q̄ si
 cā grē. s. ⁊ alia ē grā vtrobiq̄. ¶ d̄ diuersos mō-

dos dat diuersa medicina. s. ⁊ aliū morbū ordiat
 p̄firmatio ⁊ baptilm': vt. s. dicitū ē. s. alia est
 grā q̄ in medicinā morbi i sacro vtroq̄ dat. ¶ l-
 terū vī q̄ grā cōfirmatōis n̄ p̄ficat grāz baptilma-
 lē. oia. n. p̄fectio q̄ p̄firmatioi ascribit ad oona vel
 virtutes p̄tinet: sic fortit̄ p̄fiteri ⁊ p̄fiteri qd̄ ē for-
 titudis virtus vt doni. s. i baptismō vbi p̄fert grā
 p̄fert ⁊ virtutes ⁊ dona q̄ in grā p̄nexionē hūit: vt
 in. iij. li. dicitū ē. s. grā p̄firmationis nō p̄ficat grāz
 baptismalē. ¶ ex eodē hie gnatur ⁊ p̄ficat: vt dō
 i. ij. lra. s. grā baptismalē p̄ baptilmū acq̄rit. s. n̄
 p̄ficat p̄firmationē. ¶ in augmēto sit idē ex eo
 qd̄ auget ⁊ qd̄ auget. s. grā baptismalē differt a grā
 p̄firmatōis. s. grā cōfirmatōis n̄ p̄ficat grāz baptil-
 malē. ¶ s. Dio. baptilm' ē illuminatio: chūst-
 ma at̄ p̄fectio. s. p̄fectio p̄firmat̄ illuminatioē sic il-
 luminatio purgationē. s. p̄firmatio chūstianis cō-
 firmat grāz baptismalē. ¶ in oib' p̄fectioib' or-
 dinatis ad inuicē: ita ē q̄ p̄ficat p̄mā. s. p̄firmati-
 onis grā sup̄addit ad grāz baptismalē. s. grā cōfir-
 mationis p̄ficat grāz baptismalē. ¶ vnde dō ad. i. j.
 q. q̄ in q̄z sacro ē aliq̄ sanctificatio. s. qd̄ ē scificatio
 in sacro q̄ ē cōis oib' sacris. f. emēdatio a pctō
 vel a reliq̄is peccati: ⁊ qd̄ scificatio q̄ ē spūalis qd̄
 dā sacris imp̄mētib' caractere. f. d̄putatio ad ali-
 qd̄ sacz: vtraq̄ at̄ scificatio grāz gratū faciēte req̄-
 rit: q̄ illd̄ qd̄ dicit̄ d̄nat pctō ē grā: s. vna at̄ d̄ijs
 curat. vñ idē remediū adhiberi n̄ pot̄ p̄ctm̄ ⁊ se-
 q̄las ei' nisi p̄ grāz gratū faciēte: ⁊ iō in oi sacro no-
 ue legi grā gratū faciēs p̄fert: vt dicitū ē. s. dicitū ē. s. s. filr
 at̄ accessus a sacra nō ē licit' imūdis: nec aliq̄s ab
 imūdicia liberari pot̄ nisi p̄ grāz: nec effīc idone'
 ad sacra administrāda vel p̄cipiēda: ⁊ iō o3 q̄ i sa-
 cramentis q̄ caractere ip̄mūt grā gratū faciēs ip̄-
 mat. cū s. p̄firmatio sit sacfz noue legi caractere
 ip̄mēo ex duplici pte necessariū ē q̄ grāz gratū fa-
 ciēte p̄ferat. ¶ Ad p̄m' dō q̄ p̄firmatio ordinat̄ ⁊
 penā q̄ ē ex culpa cāta ⁊ ad culpā inclināe: ⁊ iō ex
 p̄nti hz r̄pugnātiā ad grāz: ⁊ p̄ h' p̄ ipsā o3 q̄ grā
 gratū faciēs det: ⁊ iō si inuenit aliq̄uā culpā q̄ fictū
 nō faciat delet illā: sicut p̄ de culpa veniali: q̄uis
 nō p̄ncipalr̄ ⁊ culpā ordinat̄. ¶ Ad 2^m dō q̄ baptil-
 m' ē sacfz necessarius: ⁊ iō grā q̄ cōfert i baptismō
 ordinat̄ in cōez statū salutis: ⁊ nō in aliq̄e spālez
 effectū: ⁊ p̄ h' p̄ baptilmū ei q̄ hūit gratiā gratū
 faciēte nō addit alia grā noua: s. illa q̄ p̄t̄ ferat
 auget: sec̄ at̄ ē de p̄firmatioe q̄ nō ē sacfz necessita-
 tis: vñ ei' grā ad aliq̄e specialē effectū ordiat: ⁊
 p̄ h' grā p̄firmatōis pot̄ addi ad grāz q̄ p̄ficat in
 coi statū vie. ¶ Ad 3^m dō q̄ q̄uis aliq̄s possit p̄stāt̄
 ēt si sit in mortali peccato fidē chūsti p̄fiteri nō tm̄
 ē idonea illa confessio: q̄ n̄ ē speciosa laus in ore
 pctōis: nec itez est meritois ad salutē. sacm̄ at̄
 ordiat n̄ solū ad h' q̄ aliqd̄ fiat q̄lra: s. ad h' q̄
 aliqd̄ idonee fiat: nisi sit defect' ex pte recipiētis sa-
 crm̄. ¶ Ad. ij. q. dō q̄ sicut. s. dicitū ē: sacrales grē

ad inuicē distincte si fm distinctionē eorū ad que ordinant sic et virtutes quibus eaz distinctio nō ita appareat sic distinctio virtutū: qz eaz effectus non sunt ita manifesti sic effectus virtutū: ita etiaz vide m^o i virtutū moralibus: qz vbi ē spēialis difficultas requirit spēialis virtus. vñ alia ē virtus que dirigit i magnis sūptib⁹ s3 magnificētā ab ea que i cōib⁹ donis et sūptibus pficit s3 liberalitate: et qz gratia baptismalis dat ad pficiēdū in his que p̄tinent ad cōm statū vite xp̄iane: grā autē cōfirmatōis ad pficiēdū i his q̄ si difficillima i isto statu. s. confiteri nomē xp̄i s3 p̄secutores: iō spēciali grā ad h^o idiget et pp hoc alia est grā cōfirmatōis a grā baptismi et s3 alius defectū dat. grā. n. baptismi dat s3 defectū q̄ ipedit oēs statū iusticie i vita chūstiana. s. s3 peccatū originale et actuale. grā autē cōfirmatōis s3 defectū oppositū robōri qd̄ exigūt in p̄fessōib⁹ nois chūsti. s. infirmitati. Ad p^o qd̄ qz grā cōfirmatōis et baptismi nō sūt eiusdē sp̄s: vt dictū ē: et iō nihil prohibet qd̄ i eodē idiuuibili sint. Vel dō qz gratia baptismalis ex essentia aie deriuat in itelle ctu qd̄ ē ad recte et p̄fecte credendū. s3 gratia cōfirmationis respicit magis irascibiles ad quā p̄tinet fortitudo et robur. Ad 2^o dō qz gratia sacrālis q̄ ē p̄ncipalis effectus sacri quibus hēat cōnexiōes cū gratia. q̄ ē i virtutū et donis: tñ ē alia ab ea: qz gratia sacrālis pficit remouendo p̄ et p̄ncipalr defectū ex peccato p̄ntē. s3 gratia virtutū et donoz pfic inclinādo ad bonū virtutis et doni: sicut gratia cōfirmationis remouendo infirmitatis moribū: fortitudis at̄ donū vl̄ v̄t̄ inclinādo ad bonū qd̄ ē p̄p̄tūz virtutū vel dono: et iō quib⁹ in baptismo dēt virtutes et dona: et sicut i cōfirmatōe nō o3 qz sit eadē gratia sacrālis vtrobiz. Ad 3^o dō qz confiteri vbi ex p̄fessione iminet mortis piculū nō ē tñ fidei: s3 indiget auxilio aleri virtutis. s. fortitudis: et sicut indiget alia gratia sacrālis q̄ remoueat effectū oppositū fortitudi. Ad ij. q. dō qz vt. s. dictū ē di. j. sicut gratia gratis faciens q̄ essētā aie pficit differt a virtutū et donis q̄ ab ipsa fluunt: ita et differt a gratia q̄ ē p̄p̄tū effectus sacroz: tñ ē ei cōnexa: sic et cōnexiōe h3 ad virtutes et dona: vñ in sacris p̄ncipaliter dat grā sacrālis q̄ differt in diuersis sacris: et p̄ cōnexa gratia virtutū et donoz q̄ ē cōis in oib⁹ sacris. fm hoc s3 gratia baptismalis pōt dici duplr: vno illa q̄ ē p̄ncipal et p̄p̄tū effectus baptismi operās s3 moribū: alio grā q̄ ē effectus baptismi ex p̄nti et p̄ quādā cōnexiōe. et sicut distinguēdūz ē de grā cōfirmatōis. accipiēdo s3 gratia baptismalē et cōfirmationis p̄ mō sic si differt gratie: et iō nō pfic eā directe quasi cedens in eadē essentia cū ipsa: s3 directe pficit ipsū baptizati ad aliqd̄ aln^o: et p̄ consequētē ē ipsa baptismalis gratia p̄fectior: et nobilitus eē h3 sicut et aia sensibilis ē p̄fectior adiuncta rōnali: et virtus adiuncta dono et liberalitas adiuncta magnificentie. accipiēdo autē gratia baptismalē

et cōfirmationis 2^o mō sic directe auget eā cedēs in eadē essentia cū ipsa sicut baptismus directe auget gratiā quā prius inuenit. Et p hoc patet resposio ad vtrāqz partem. ¶ Questio. III.

Deinde queritur de celebratiōe h^o sacri: et circa hoc q̄runt tria. ¶ P̄mo qd̄ possit p̄ferre hoc sacz. ¶ Secūdo qd̄ d̄beat sc̄ipe. s3 de ritu et mō sc̄ipiēdi.

Ad primū sic procedit: vñ qz d̄libet nō ordinat⁹ possit aliū cōfirmare: efficacia. n. sacroz ē a virtute verboz. s3 d̄libet etiā nō ordinatus pōt verba p̄ferre q̄ sūt forma h^o sacri. s3 nō ordinat⁹ pōt cōfirmare. ¶ P̄mo vñ qd̄qz potest agere s3 forma quā h3: qz vñ qd̄qz agit fm q̄ ē actu. s3 aliquis nō ordinat⁹ h3 characterē cōfirmationis. s3 pōt cōfirmare. ¶ P̄mo. quanto aliqd̄ sacm ē maioris necessitatis: tāto indiget maiorī discretiōe et attētiōe in ministrando. sed baptismus ē sacm necessitatis. s3 cū illud qd̄ requirit maiorē discretiōe o3 maiorib⁹ cōmitti: vñ qz ex quo nō ordinatus potest baptizare qz etiā possit cōfirmare. ¶ S3 s3 ē: qd̄ Aug. de sancto vic. dicit: qz administratio ecclie cōsistit in ordinib⁹ mīstro rū et sacris. s3 sicut sine sacro nō potest qz cōfirmari ita nec sine ordine cōfirmatōis. ¶ P̄mo. vñ cōfirmationis ē dignior qz extreme vñctionis. sed illa nō pōt fieri nisi ab ordinatis: vt p3 Jac. vlt. s3 nec ista. ¶ Alteri vñ qz sacerdos simplex etiā si non sit ep̄s possit cōfirmare. Baptism⁹. n. quātū ad aliqd̄ ē maioris efficacie qz cōfirmatio. s3 sacerdos ex suo officio pōt baptizare. s3 et cōfirmare. ¶ P̄mo. sic cōfirmationis sacm ad p̄fectionē p̄tinet: ita et eu^o charistie s3 Dio. s3 sacerdos ē p̄p̄tū mīster sacri cu charistie. s3 ipse potest cōfirmare. ¶ P̄mo. in sacris ex p̄te p̄ferentis requiritur ordo et intentio. s3 ep̄s nō h3 aliquē ordinē vel characterē quē nō hēat simplex sacerdos. s3 sicut ep̄s ita et sacerdos potest cōfirmare si intētiōe cōfirmandi hēat. ¶ S3 s3: soli ep̄i i loco aploz succedūt. s3 soli apli in punitiua ecclie sicut man⁹ iponebāt: qd̄ erat cōfirmat⁹. s3 soli ep̄i nūc possūt cōfirmare. ¶ P̄mo. i ordine ecclesiastice hierarchie fm Dio. soli ep̄i sūt p̄fectores. sed fm eūdē sicut aliquis p̄ exorcismū purgat et p baptismū illumina: ita p cōfirmationē chūstianitatis pficit. s3 soli ep̄i possunt cōfirmare. ¶ Alteri vñ qz sacerdos simplex ex cōmissione pape nō possit cōfirmare: sicut n. se h3 h^o qd̄ ē sacerdotis ad sacerdotē: ita h^o qd̄ ē ep̄i ad ep̄m. s3 null⁹ nō sacerdos pōt pp pape cōmissionē eucharistia cōficere qd̄ ē sacerdotū. s3 sicut ex cōmissione pape nullus pōt nō ep̄s cōfirmare qd̄ ē ep̄i. ¶ P̄mo. sicut cōferre sacerdotale ordinē est ep̄i: ita et cōfirmare. s3 nullus non ep̄s ex mandato pape possit aliquē in sacerdotēz promouere. s3 nullus ex pape mandato qd̄ nō sit ep̄s pōt prebere

confirmacionis sacrm. ¶ **S.** quicūq; potest ex man-
dato vel ex commissioe alicuius baptizare: si sine co-
missione baptizat eū qd nō ē sibi subdit' extra casū
necessitatis baptizat: ē: quīs peccet. s; si sacerdos
sine commissione alicuius confirmet nō ē confirmatū
q nō pot' ex commissione pape confirmare. ¶ **S.** 3. ē:
qd in littera dī q' hie. in casu pmissit q' simplices
sacerdotes possent confirmare. ¶ **S.** maius ē ordi-
nē conferre q' confirmare. s; ex mandato pape aliq' nō
epi conferunt quosdā ordines sicut sūt p'sbyteri car-
dinales q' conferūt minores ordines. s; multo fortius
ex mandato pape potest aliq' simplex sacerdos co-
firmare. ¶ **R.** deo dō ad. j. q. q' propriū dispensatores
sacrorū sunt ministri ecclie per sacrm ordinis cose-
crati: ut sint mediū inter deū et plebem vulna p'plo
tradentes: et iō solis eis cōpetit ex officio sacra mi-
nistrare: nec p' aliū conferri possūt excepto baptis-
mo p' necessitate. vñ cū confirmatio nō sit sacrm
necessitatis nō poterit nisi ab ordinatis conferri.
¶ **Ad 1. q. dō q' efficacia sacri nō tñ ē ex v'bis pla-
tis sed ē ex ma' oebita et p'sona cōniciente: et iō si
sit defect' i' p'sona ministri: v'ba plata ab alio nō pos-
sunt efficacia sacro p'bere. ¶ **Ad 2. dō q' pfectio p-
sonalis h' vel illi' nihil facit ad collationē sacrorū
qd p' ex h' q' sacra conferūt a bonis ministris et mal-
is: s; exigit pfectio h' inquitū ē mister ecclie: sicut i
nālū ad h' q' forma se i' alterā māz trāsfūdāt per
sui similitudinē requirit q'litās actiua: et iō q' per confir-
mationis sacri nō efficit aliq' minister ecclie quīs q'dā
nālē perfectionē cōsequit: iō nō q' d'libz confirmatus
confirmare possit. ¶ **Ad 3. dō q' oia sacra indigēt
eq'lr intētiōe. s; illa q' oib' sit cōferenda nō indigēt di-
scretione q' vñ repellat et al' admittat: q' a sacris
necessitatis nullus d'z excludit: et iō cullibet et sacer-
doti cōmittit illa sacra conferre: nō at illa d' q' aliq' d'
ad statū perfectionis p'mouet. ¶ **S.** ij. q. dō. q' i' oī
b' artib' et potētis ordinatis vel hitib': ita ē q' vlti-
ma perfectio referuat inducenda per sup'mā artē
i' gnē illo: sic artes q' operat' circa mān' nauis refer-
uant inductionē forme arti superiori q' nauē cōpa-
ginat: et illa referuat vltimē finē. s. vñ nauis arti su-
periori. s. gubernatorie. vñ cū epi in ecclesiastica
hierarchia teneat sup'mū locū: illud qd ē vltimū i
actionib' hierarchicis eis referuādū fuit: et q' per-
ficē aliq' h' mō q' sit supra cōez statū alioz ē su-
p'mū in actionib' hierarchicis: iō sacrm confirma-
tionis et ordis d' h' efficit solis epis dispensāda re-
feruat. ¶ **Ad 4. dō q' baptism' cū sit sacri neces-
sitaris cōit oib' cōpetit: et iō per ipz nō ponit aliq' d'
supra cōez statū sicut sit per confirmationē: vt p'us
et dicit' ē. ¶ **Ad 2. dō q' eucharistia sic confirmatō
et ordo ē sacri perficiens: s; in h' differt ab alijs: q'z
in ordine et confirmatōe illud qd ē ibi res et sacri ē
aliq' d' in suscipiēte acq'sitū: et iō suscipiēte h' sa-
cramēta p'mouēt ad pfectionē quādā vltra cōem
statū fideliū: s; eucharistia h'z illū qd ē res et sacri**********

in se nō in suscipiente: et iō h' sūptionez eucharistie
nō acq'rit aliq' pfectionez vltra cōez statū: cū nō ip-
sas charact' s; p'ficat vñquēq; i suo statu: et iō ē
h'z d'io. cuius sacro eucharistie pceptō adiūgit: et iō
nō ē sile de eucharistia et d' alijs. ¶ **Ad 3. dō q' quīs
epi nō habeat aliq' ordinē sup' sacerdotē h'z q' or-
dines distinguūt p' act' relatos ad corp' d'ni: verū
tñ h'z aliq' ordinē supra sacerdotē h'z q' ordines d'
distinguūt p' act' supra corp' mysticū. vñ d'io. i. eccl.
hierar. ponit epatū ordinē: vñ et cū q'dā cōsecrati-
one dignitas epalis cōfert: et iō i' promotione mē-
broz corporis mystici aliq' d' pot' cōpetere epō qd
nō cōpetit simplici sacerdoti. ¶ **S.** ij. q. dō q' circa
h' est multiplex opinio. q'dā. n. d. aut q' p'sbyr' sim-
plex nō possit ex mandato pape confirmare: et qd
oī in littera de h'eg. exponūt q' illi p'sbyri ex mā-
dato pape nō cōferat' sacrm confirmacionis: sed
aliq' d' sacrale sile illi sacro sicut alicui porrigit pa-
nis benedict' loco eucharistie: s; nō v' cōueniēs vt
tālē simulationē in dispensatione sacrorū indux-
set Grego. vel sustinūisset: q' dispensatio sacrorū
p'inet ad veritatē doctrine q' nō ē p' scādālū oī-
mittēda. Et iō alijs dicit' q' auctoritas pape tanta
ē q' eius mandato q'libet pot' conferre qd h'z: vt confir-
mat' confirmare: sacerdos sacerdotiū conferre: oia
onus diaconatū: non autē mandato ipsius pot'
aliquis conferre qd nō h'z: vt diacon' ordinez sacer-
dotalē. S; hec opinio v' minus āpla: et iō media
via fm alios tenēda ē. Et iō sciendū ē q' cū epat'
nō addat aliq' d' supra sacerdotiū per relationē ad
corp' d'ni vez: sed solū p' relationē ad corp' mysti-
cū: papa p' hoc q' ē epoz sūmus non d' h'ie pleni-
tudine ptatis p' relationē ad corpus d'ni vez: s; p'
relationē ad corpus mysticū: et q'z gratia sacralis
descendit in corp' mysticū a capite: iō opatio i
corp' mysticū sacral' p' quā grā dat' d'pedet ab opa-
tione sacrali sup' corp' d'ni vez: et iō solus sacerdos
pot' absoluerē in foro penitentiali et baptizare ex
officio. Et iō dō q' p'mouēt ad illas pfectiones: q'
nō respiciūt corp' d'ni vez: s; solū corp' mysticū: pot'
a papa q' h'z plenitudinē pontifical' ptatis cōmit-
ti sacerdoti q' h'z actū sūmū sup' corp' d'ni vez: nō
at diacono v' alicui inferiori q' nō h'z p'ficē corpus
d'ni vez: sicut nec absoluerē in foro penitentiali: nō
aut pot' simplici sacerdoti cōmittē p'mouēt ad pfe-
ctionē: q' respicit aliq' mō corpus d'ni vez: et iō sim-
plex sacerdos ex mandato pape nō pot' conferre or-
dinē sacerdotij: q' ordines sacri h'nt actū supra cor-
p' d'ni vez v' sup' māz ei'. pot' at' cōcedē simplici sa-
cerdoti q' cōferat minores ordines: q' isti nullū actū
h'nt supra corp' d'ni vez v' māz ei'. n' et supra cor-
pus mysticū actū: p' quē gratia conferat': s; h'nt ex
officio q'dā act' secundarios et p'paratorios: et s'nt
pot' cōcedē alicui sacerdoti q' confirmet: q'z confir-
matio p'ficat eū in actu corporis mystici: nō aut h'z
aliq' d' relationē ad corpus d'ni veruz: et p' hoc de**

facili patet solutio ad obiecta.

Ad secundū sic proce

dit. Videt qd christ' debuerit sacm cōfir-
 mationis accipe. sacm. n. pfirmatōis pferit maio-
 rē plenitudinē grē q̄ baptisim'. s; christ' baptisari
 voluit: vt tactu mūdissime sue carnis efficacā ba-
 ptismo pberet. q̄ silr debuit pfirmatōem accipere
 pfirmatio ad hoc dat vt hō in pessione ve-
 ritatis vsq; ad mortē firmū stet. s; christus dedit
 oib' exēplū p veritate moriēdi. q̄ h' sacm maxie
 debuit accipe. **S**z pfirmat qd infirmū ē. sed
 infirmitas spūalis in christo nō fuit. q̄ nec pfirmari
 debuit. **L**teri' v; qd hoc sacm pueri nō sit cō-
 ferendū: qd hoc sacm supra cōem statū. pmouet
 sic r sacz ordinis. sed illud sacm nō pferit pueri.
 q̄ nec istud. **P**. hoc sacm dat ad cōfiteūdū fidez
 ad pugnādū pro ipa. s; hoc nō cōpetit pueri. q̄ nō
 debet h' sacz suscipere. **S**z pfirmatōis ē imedi-
 ata dispō ad grāz pfirmatōis. s; baptisim' pferitur
 pueri. q̄ pfirmatō o; pueri dari. **L**teri' v; qd non
 debeat dari oib' adultis. illud em qd oib' dat nō
 excedit cōz statū: vt dictū ē. s; pfirmatio ponit su-
 pra cōz statū vt supra dictū ē. q̄ nō o; oib' dari.
P. h' sacm ē ad robur i pugna spūali. sed pu-
 gnare nō ē mulierū pp ibecillitatē sex'. q̄ nec h' sa-
 crm eis ppetit. **P**. pfirmatio ē sacm cōfessōis
 s; muti nō pnt pferri. q̄ nō o; eis dari h' sacm. **P**.
 moriētes a pugna hui' vite s;trahūt. s; ad robur
 in pugna hui' vite dat cōfirmatio. q̄ nō o; morien-
 tib' dari. **S**z pfirmatōis ē qd oib' dng. de scō vic. oino
 piculosū ēēt si ab hac vita sine pfirmatōe migrāf
 ptingēt. q̄ oib' dādū ē h' sacz. **P**. ad robur i h' sa-
 crō dat septiformis grā spūstacti. s; hec oib' ē ne-
 cessaria. q̄ r sacm pfirmatōis oib' dari cōpetit.
Rūdeo dō ad. j. q. q. suscipere bapz ē i pcepto cū sit
 sacm necitat': r iō dñs voluit baptisari quōs i ba-
 ptismo nihil suscipere: s; magi cōtulerit vt forma
 obediēdi mādati oib' pberet p ipm: r pp h' dixit
 ad baptisimū veniēa: Sic decet nos ipler oēs iusti-
 cās: iusticia enī cōsistit i obediētia legi: vt pbs dicit
 in. v. **L**th. s; sacm cōfirmatōis nō ē necitat'. s; vti-
 litatis alicui' cōsequēde causa accepit: r ideo cū
 domin' non accepit aliquid a sacramentis non
 debuit sacm cōfirmatōis accipere: sic nec sacm or-
 dinis: q; pās excellētie i sacris r plenitudo spūstā-
 ctū i ipō a sui cōceptiōe fuit: r sic nō oportebat nisi
 q; i ipō erat inorelē: qd factū ē p aduentū colūbe
 sup ipm. **E**t p h' p; solutio ad obiecta. **A**d
 ij. q. dō: q; pfectio q̄ cōfert i ordie r cōfirmatōe: i
 hoc differūt: q; pfectio ordis ē ad aliqd dispēsādū
 pfectio at cōfirmatōis ē ad stādū fortit' i seipō. ad
 hoc at q; dispēsatio alicui' rei det alicui' reqritur
 idoneitas aliq; pexns i eo q; dispēsatiōē recipit pp
 piculū qd pōt iminere ex praua dispēsatiōe: r iō
 pfectio ordis nō cōfert pueri: s; pfectio q̄ qd i seipō

pficit nō pexigit aliā perfectionē: s; ipa perfectiōe
 quis idoneus reddit: nec ex hoc aliqd piculū imi-
 nere pōt: r iō confirmatio pōt puero tradi r pue-
 nient tradit: q; infantilis etas nō patit fictionē q̄
 effectus sacri in traditione ipediat: r iō quōs tunc
 nō ppetit ei cōfiteri vel pugnare: certū tñ ē q; esse-
 ctū sacri plene recipit: p quē erit idone' ad pugnaz
 r pfectionē ad pfectā etatē vēlēns nisi grāz acceptā
 p peccatū amittat. **E**t p hoc p; solutio ad obie-
 cta. **A**d. ij. q. dō q; sicut dictū ē pfectio in confir-
 matione collata nō pexigit aliā perfectionē: s; p
 eā qd i seipō pficit: vt sit idoneus ad pugnā spū-
 alē: r q; cullibet ē cōueniens r bonū: vt in pugna
 spūali fortitudinē habeat: iō ab hoc sacro nullus
 excludi o; q; sit baptisatus. **A**d p' q; dō q; nō po-
 nit supra cōz statū quantū ad dispēsatiōē ali-
 cuius sacri: s; quantū ad cōfessionē sacroz: r hec p-
 fectio vel excellētia oibus mēbris ecclēsie cōpetit
 p hoc sacm confirmationis collata. **A**d 2' dō
 q; etiā qdā mulieres in pugna spūali gloriofū re-
 portauerunt ab hoste triumphū: sicut p; d beata
 agnete r beata cecilia r aliq; vñ ab hoc sacro mu-
 lieres nō sunt excludende. **A**d 3' dō q; quōs mu-
 ti non possūt cōfiteri ore tñ possūt cōfiteri nutū:
 r possūt hie voluntatē r propofitū pfitendi: r iō
 eis nō o; penegari hoc sacm. **A**d 4' dō q; q; uis
 moriētes abstrahant a pugna: tñ vadūt ad lo-
 cū pmi in quo secūdū mensurā gratie dat mensu-
 ra glorie: r iō indiget plenitudine gratie q; in pu-
 gna pficit pp finē pugne consequendum.

Ad tertiu; sic proce

dit: v; q; non exigit q; aliquis teneat ali-
 quē ad confirmationē. ille. n. q; h; imediatā relati-
 onē ad principē sicut liberi nō o; q; mediantibus
 aliqb' corā pncipe ppareat sicut serui pparēt me-
 diantib' dñis: r filij familias mediantib' patribus
 s; pfirmādus iā h; imediatā relationē ad pncipē
 ecclēie: cū sit mēbr ecclēie p baptisimū. q; quōs bap-
 tatus p aliū debeat pferri: tñ cōfirmādus nul-
 lo mō o; p aliū ad cōfirmationē teneri pcpue si
 sit adultus. **P**. fortitudo min' ppetit mulierib'
 q; viris: **P**rouer. vlti. **M**ulierē fortē qd iueniet. s; p-
 firmatio ē sacm fortitudis: q; in eo dat spūstā-
 ct' ad robur. q; ad min' mulier nō o; tenere viruz
 ad pfirmationē. **S**z p: v; et q; nō pfirmat' possit
 tenere ad pfirmationē: q; mar' ē sacz pferre q; ad
 sacm subsequēdū aliq; tenere. s; nō pfirmatus
 pōt sacm baptisimī cōferre. q; multo fort' pōt ad
 pfirmationē tenere. **L**teri' v; q; nō debeat fieri
 linitio chrisimatis tñ in frō: q; vertex ē nobillio:
 pa corpis q; frons: q; ibi ē organū cogitatiue: hoc
 at organū fantasie: s; sacerdos q; ē inferior: q; cōs
 vngit baptisatos chrisimate i vīce. q; epō nō o; vn-
 gere chrisimate cōfirmando i fronte. **P**. pfirmatio
 ē sacm pfectionis. s; cōfessio sit ore. q; vnctio cō-

firmationis magis deberet in ore fieri. **¶** S. frons
 ē locus nudus ⁊ patens. s3 hic de facili sordes ꝑbit
 cū ḡ chrisma sit seruādū ab oi inquinamēto vñ q
 nō congrue fiat vñctio in fronte. **¶** S3 ꝑ in cōfir
 matione dat spūsanctus ad robur. s3 robur i frō
 te significat: vt p3 Eccl. iij. Ecce dedit frōtē tuā du
 riorē frōtib' eoz. ḡ in frōte d3 fieri vñctio ꝑfir
 mationis. **¶** Apoc. viij. angelus dicit quoadusq3 si
 gnem' seruos dei vini i frōtib' eoz. s3 epi dicit' age
 li: vt p3 Apoc. iij. ḡ eoz ē in fronte signare. **¶** Ite
 r' vñ q ꝑfirmatio possit iterari. sicut. n. ꝑfirmatō
 dat ad robur fidei: ita eucharistia ad robur chari
 tatis: s3 eucharistia iterat. ḡ ⁊ cōfirmatio. **¶** P. si
 morbus iterat ⁊ medicina iterari d3. s3 morbus ꝑ
 quē dat hoc sacm ꝑōt iterari. f. spūalis infirmitas
 ḡ ⁊ sacm d3 iterari. **¶** S3 ꝑfirmatio in baptismo im
 primis charac: ita ⁊ in cōfirmatione. s3 baptism'
 nō iterat. ḡ nec cōfirmatio. **¶** Rudeo dō ad. j. q. q. in
 sacro cōfirmationis dat spūsanctus ad robur. vñ
 propter hoc aliq3 ad cōfirmationē accedit: q3 se
 hie robur standi nō ꝑsumit: ⁊ iō institutū fuit vt
 ab altero teneret ad significandū qd ꝑ se stare nō
 posset. **¶** Ad ꝑm' ḡ dō q ille q ē mediator in hoc sa
 cro nō h3 officiu representandi quasi extraneū sic
 ē in baptismo neq3 suscipiendi quasi instruenduz
 s3 solū tenendi quasi infirmū. **¶** Ad 2m' dō q forti
 tudo spūalis ē ꝑ christū i quo nō ē masculus ⁊ fe
 mina: vt dō ad Gal. iij. ⁊ ita nō differt vtz vir mu
 lierē vel mulier virū teneat: quia qdā ꝑriū dicāt
 f. q. mulier vtz tenere nō ꝑōt. **¶** Ad. ij. q. dō q hō
 ꝑōt ipediri a libera ⁊ apta ꝑfessione nois christi ꝑ
 duo. f. ꝑ timorē mortis ⁊ ꝑ cōfusionē q ē timor
 ignominie: vtriusq3 aut signū ꝑcipue in facie ma
 nifestat: q3 pallescūt timentes ⁊ rubēt verecūdati:
 vt dō in. iij. Eth. ⁊ ꝑcipue in fronte q est ꝑa magis
 apta ⁊ imaginationi ex qua procedūt passionē ꝑ
 dicte vicina: ⁊ iō cū cōfirmatio def ad liberā ꝑfel
 sionē nois christi ꝑueniēt vngunt ꝑfirmati in frō
 te. **¶** Ad ꝑm' ḡ dō q vñctio q dat in vertice a sacer
 dote significat dignitatē regale ⁊ sacerdotale in ba
 ptigato: q3 incipit eē de numero illoꝝ qd' dō: Uos
 estis gens sancta regale sacerdotū. j. Petri. ij. ⁊ iō
 in vertice sit ad assignādū eminentiā dignitatis col
 late: s3 vñctio ꝑfirmationis dat ad forti' defendē
 dā dignitatē acceptā: qd' āplius ē: ⁊ iō in loco pu
 blico dari d3. **¶** Ad 2m' dō q nō dat hoc sacm ad
 ꝑfessionē simplici sed ad libertatē cōfessionē: ⁊ iō
 d3 dari vbi apparent ille passioēs: q liberā cōfessi
 onē ipedire possunt. **¶** Ad 3m' dō q ex hoc non ē
 piculū q3 ligat frōs cōfirmati quousq3 deficeat lo
 cus: ⁊ postmodū ēt f3 Hug. d3 eē sub quadē disci
 plina custodiendū chrisma ne. f. caput lauet vsq3
 ad. vij. dies ꝑꝑ. vij. dona spūsancti: ⁊ sicut ēt
 ecclesia. vij. dieb' aduentū spūsancti in discipulos
 celebrat. **¶** Ad. iij. q. dō q sacm qd' h3 effectū sp
 emanētē non ꝑōt iterari sine iniuria sacri: ⁊ ideo

q3 in cōfirmatione spūsancti character q ē indeli
 bilis: iō nō d3 iterari. **¶** Ad ꝑm' ḡ dō q eucharistia
 nō imprimis characterē nec illud qd' ē res ⁊ sacm ē
 aliqua forma recepta in recipiente sacm: sicut est
 in cōfirmatione: ⁊ iō nō ē filia rō. **¶** Ad 2m' dō q
 ꝑfirmatio dat ꝑ infirmitatē prout ē cōtracta ꝑ ori
 ginale peccatū: ⁊ sic nō redit ꝑuis infirmitas actu
 alis peccati redeat. **¶** Onatio spūsancti ad
 robur. ꝑ: panis cor hois cōfirmat. ergo magis
 pertinet ad eucharistiam q ad cōfirmationem.
 Et dō q per eucharistiam roborat charitas: per
 hoc autē sacm fides. in his. n. duab' virtutib' to
 ta virt' spūalis edificij ꝑsistit. Uel dō q charitas
 ꝑficat ⁊ roborat ad standū in seipso ꝑ modū cū
 s3 cōfirmatio ad pugā qua quis ab alijs patit in
 cōfessionē nois christi ꝑ aduersarios audaciā ꝑre
 bens. **¶** Hoc sacm tm a teiunis ⁊c. propter emi
 nentiā spūsancti: que cum sua plenitudine hoc sa
 cramento dat ad robur. **¶** Dif. VIII.

Ost sacramē

Ost sacramē
 tū baptisimi ⁊c. Postq' mḡ
 determinauit de baptismo ⁊
 ꝑfirmatione: hic ꝑ dēterminat
 de eucharistie sacro. Et diuī
 dit i ꝑtes duas: in ꝑ' dētermi
 nat ea q ꝑtinet ad ipsū sacm: in 2^a dēterminat d
 dispensantibus sacm. xij. di. Solet ēt qri vtrū q
 cūq3 sacerdotes ⁊c. Prima i duas: in prima dēter
 minat ea q requiruntur ad hoc sacm in genera
 li: in 2^a ꝑsequit de eis in speciali di. x. ibi Sūt itez
 alij precedentū ⁊c. Prima itez in duas: in ꝑ' dē
 terminat ea q requiruntur ad hoc sacm: in 2^a dē
 terminat vsuz sacri. ix. di. ibi Et sicut due sunt res
 ⁊c. Prima autē in tres: in prima dēterminat ꝑcedē
 tia eucharistia qd' hoc sacm figurat: in 2^a dētermi
 nat ꝑcomitantia qd' hoc sacm integrat. f. formā
 ⁊ institutionē: ibi Dec etiā añ alia ⁊c. in 3^a dētermi
 nat ꝑntia q in hoc sacro efficiūt vl' significant: ibi
 Nunc qd sit sacm ⁊c. Secūda ꝑ diuidit in tres
 in ꝑ' dēterminat institutionē: in 2^a formā: ibi for
 ma vero ē ⁊c. i 3^a mouet quādā qōnē ⁊ soluit: ibi
 Ubi cōsideratione dignū ē ⁊c. **¶** Nunqd ibi sit sa
 crm ⁊c. Hic dēterminat de sacro eucharistie ꝑ cō
 parationē ad significatū vel causatū ei'. Et circa
 h' duo fac. ꝑōndit qd sit ibi res ⁊ qd sacꝝ. 2^a ꝑclu
 dit eoz numez ⁊ ordinē: ibi Sūt igit' bec tria, dē
 stinguenda ⁊c.

Hic est duplex qd. **P**ria de ipso euchari
 stie sacro. **S**ecūda d forma ipsi'. **C**ir
 ca ꝑm' qrit. iij. **P**rio vtz eucharistia
 sit sacm. **S**ecūdo de significatione eius. **T**er
 tio de institutione. **Q**uarto de ordine sumendi
 hunc cibum respectu alioꝝ abozum.
Ad primuz sic proce

dit: vñ q̄ eucharistia non sit sacm: ad idē. n. nō de
 bent diuersa ordinari. sed confirmatio ē ad pficiē
 oū fm Dio. cū q̄ f3 ipsū eucharistia ē sit pfectio:
 vñ q̄ superfluat hoc sacm. ¶ An oi sacro noue
 legi idē qd figurat efficit p signū figurās. f3 species
 panis ⁊ vini q̄ figurat corpus christi vez ⁊ mysti
 cū nō efficiūt illud. q̄ eucharistia nō ē sacm noue
 legis. ¶ Sacm ē elemētū māle fm Dug. exteri
 us oculis suppositus. f3 corp⁹ christi vez qd oī hic
 sacm ⁊ res sūt: nō ē oculis videntū suppositū. q̄
 nō ē sacm. ¶ Oē sacm in ipsa sui susceptiōe cō
 secrat ⁊ pficit: sicut p3 de baptismo qd pficit i ipsa
 ablatiōe. f3 eucharistia cōsecrat an sūptionē. q̄ nō
 ē sacm. ¶ In oi alio sacro illud qd ē res ⁊ sacz
 ē aliqd effectū in suscipiēte: sicut character in ba
 ptismo. f3 corpus christi verū quod ponit hic res
 ⁊ sacm non ē aliqd in recipiente effectū. q̄ nō ē
 sacm eiusdē rōnis cū alijs. ¶ S3 qd i collecta
 oī: Presta vt hoc tuū sacm nō sit nobis reat⁹ ad
 penā. ¶ Ois actio p mltros ecclesie dispensata
 in qua ex ipso ope opato gratia cōfert ē sacz. sed
 eucharistia ē h⁹. q̄ ē sacz. ¶ Lter⁹ vñ qd nō sit vnū
 sacm sed multa: pmo p hoc qd in colecta oī: Pur
 rificent nos oīe hec sacra q̄ sūpsim⁹. ¶ Sacm ē
 in genere signi. f3 ea q̄ sūt in gnē signi: sicut noīa plu
 rificant ad pluralitatē signatiū q̄uis sit idē signa
 tū: sicut marc⁹ ⁊ iull⁹ si oīo noīa q̄uis sit eadem
 res significata. cū q̄ in eucharistia sūt plura signa
 tia sicut spēs panis ⁊ vini: vñ q̄ sūt pla sacra. ¶ Vnitas
 rei ē ex forma sua. sed in eucharistia sūt due
 forme. vna ad psecrationē panis. alia ad psecrati
 onē s̄guis. q̄ sūt oīo sacra. ¶ Ea q̄ nec in genere
 nec spē pueniūt sūt plura simplicit. sed corp⁹ christi
 vez cū spēs panis ⁊ vini sūt differentia ⁊ spē ⁊ gnē
 q̄ sūt plura simplicit: cū q̄ vniq̄ dicat sacm in
 eucharistia: vñ qd nō sit vnū sacm. ¶ Ex duob⁹
 perfectis nō sit aliqd vnū. sed christus perfecte
 ē sub vtraq̄ spē. f. panis ⁊ vini q̄ ex his duob⁹ nō
 sit vnū sacz. ¶ S3 pura ē qd si esset duo: tūc sacra
 noue legis nō eēt tñ septē. ¶ q̄cūq̄ ordinat ad
 idē efficiendū ⁊ significandū p̄tinent ad vnū sacz
 f3 oīa q̄ in eucharistia sūt p̄tinet ad idē rep̄tan
 dū. f. mortē oīi: ⁊ idē efficiendū. f. gr̄az: per quam
 hō incorpat corp⁹ mystico. q̄ ē vnū tñ sacm. ¶ L
 ter⁹ videt qd non cōuenientib⁹ noīb⁹ noīet: nomen
 n. propriū alicui d3 iponi ex eo qd sit sibi propriū
 f3 bonitas gratie ē cōis oīb⁹ sacris. q̄ ex hoc non d3
 iponi nomē p̄p̄riū vni sacro: vt dicat eucharistia
 qd in via nos reficiens vsq̄ ad patriā deducit: sed
 hoc ē cōe oīb⁹ sacris q̄ non nisi viatorib⁹ dāt ad p
 ueniendū ad gloriā patrie: q̄ ē res nō cōtenta ⁊ s̄
 gnificata in oīb⁹ sacris. q̄ nō cōuenienter viaticus
 appellat. ¶ S. cāe p effect⁹ denoiari solent. f3 addu
 c. re ad cōiōne fidelitū ē effect⁹ baptisim⁹ f3 Dio. vt
 ex p̄dictis p3. q̄ baptisim⁹ mag⁹ d3 dicit cōiō vel sma

ria q̄ hoc sacm. ¶ In quolibet sacro sit aliqd
 sacru: sed hoc ipoztat sacrificij nomē. q̄ sacrificiū
 etiā nō ē nomē p̄p̄riū hui⁹ sacri. ¶ Hostia vide
 tur idē qd sacrificiū. f3 Dio. p̄firmatiōez noiat ca
 rismatis hostiā. q̄ neq3 hostia neq3 sacrificiū ē no
 mē p̄p̄riū hui⁹ sacro. ¶ R̄ideo oī ad. j. q. q. eucha
 ristia sacm q̄ddā ē alio tñ mō ab oīb⁹ alijs sacris
 sacm. n. fm sui noīs p̄p̄tatez scitatez actiue ipoz
 tat: vñ fm hoc aliqd h3 sacri rōem fm qd h3 roem
 scitificatiōis q̄ sacru aliqd sit. Dicat autē aliqd sc̄m
 oupl̄r. vno simp̄lr ⁊ p se sic qd est subiectū sc̄ita
 tis sicut oī hō sanct⁹. Alio sc̄dario ⁊ fm qd: ex
 eo qd h3 ordinē ad hāc sc̄ititatē vel sic h̄is vtutez
 sanctificadi: sic christus oī sanctū vñ quocūq̄ alio
 ad aliqd sanctū deputet: sic altare sc̄m. ⁊ ideo ea
 quibus aliquid sit factū pmo mō dicūt sacra sim
 plicit: illa autē quibus sit aliqd sanctū secundo
 mō non dicūt sacra: f3 sacra alia magis in alijs q̄ sa
 cris sit aliqd sanctū pmo mō: sicut hō suscipiēs
 sacm nō at elemētū corporale sanctificans homi
 nē: qd h⁹ est sacru secūdo mō: ⁊ iō hoc qd p̄tiet ad
 sanctificationē materie in oīb⁹ sacris nō ē sacz f3
 sacrale: f3 hoc qd p̄tinet ad vsū materie q̄ hō s̄a
 ctificat ē sacz. in hoc autē sacro illud qd ē sc̄ificā
 hoiez ē factū p̄io mō: q̄si subiectū sanctitatis: qd ē
 ipse christus: ⁊ iō ista sc̄ificatiō māe ē hoc sacz:
 sed sc̄ificatiō hoīs ē effectus sacri: ⁊ iō hoc sacz
 in se cōsideratū ē dignius oīb⁹ sacris: qd h3 absolu
 tā sanctitatē etiā p̄ter suscipiēte: alia autē non
 h̄nt nisi in ordine ad aliud: ⁊ iō hoc sacz ē p̄fecto
 alioz sacroz: qd oē qd ē p aliud reducūt ad id qd
 ē p se: sicut p3 de accite ⁊ s̄ba. ¶ Ad p̄m qd qd p̄se
 cū vnū qd qd ē cū attingit propriā virtutē: vt oī i
 vñ. phy. ¶ Cl̄r⁹ at ē vltimū in re: vt oī in pmo ce. ⁊
 mudi: ⁊ iō p̄fectio rei cōsistit in h⁹ qd res ad sui vlti
 mū pducat. Et at duplici vltimū rei: vnū qd ē in
 re: ⁊ aliud qd ē extra re: sicut in corpib⁹ vltimū in
 corpe ē superficies corpis cōnētis. vltimū at cuiuslibet
 rei in seipsa ē ipsa rei opatio: pp̄ quā res ē: forma
 n. ē finis generatiōis nō ipsius generati: vt dic̄ Lō
 mē. in. q. phy. vñ res qd h3 formā s̄balē p quā ē eē
 n̄ oī p̄fecta simp̄lr f3 p̄fecta in eē: vñ p̄fecta p̄fectōe
 p̄: ⁊ talē p̄fectionē quātū ad eē sp̄uale. acq̄rit hō
 in baptismo: i quo ē regeneratiō sp̄ual: ⁊ iō Dio.
 nō ponit baptisimū h̄ntē vñ p̄fectiū simplicit: sed
 magis purgatiū ⁊ illuminatiū: f3 simp̄lr p̄fectū
 oī qd h3 opationē cōueniētē sue forme. in h⁹. n. cō
 sistit virt⁹ rei fm p̄m in. q. Eth. p cuius p̄secutio
 nē aliqd oī p̄fectū vt oīm ē. Hoīs autē opatio sp̄
 alis ē duplex: vna ipsius iquātū ē p̄sona puata: ⁊
 quātū ad h⁹ pficit cōfirmatiō q̄ facit hoiez nō ipe
 ditū alitquo mūdano timore in cōfessione fidei: ⁊
 alijs q̄ ad christianā religionē spectāt: Alia iquā
 tū ē p̄sona publica quasi mēbz p̄ncipale ⁊ insu
 ens alijs mēbz: ⁊ quātū ad hoc pficit sacz ordi

ultimū ar cuiuslibet rel extra seipsā ē p̄ncipiū a quo res hz eē: qz p̄ iunctionē ad ipsū res cōplent z firmāt: z pp̄ ostētiā ab ipso deficiunt: sicut cor rupribilia pp̄ longe distare a p̄: vt dī in. ij. de gn̄a tione: z iō p̄ agēs hz etiā rōnē vltimū finis p̄ficiētis: fons aut̄ chūstiane vite ē chūstus: z iō hoc mō eucharistia p̄ficiēt chūsto cōiūgēs: z iō hoc sac̄z ē p̄fectio oīz p̄fectionū: vt Dio. dicit. vñ z oēs qui sac̄a alia accipiūt: hoc sac̄o in sine cōfirmant: vt ipse dicit. Ad 2^m dō qz sic ad spēs sensibiles alloz sac̄oz se hz viri q̄ interius inest q̄ sacrificatiōez acquirunt ex qua sac̄m efficit̄ fm̄ Dug. ita in hoc sac̄o se hz ipsū corp̄ chūsti: qd̄ p̄ cōsecratiōē s̄b sp̄s illis sit. vñ sicut in alijs sac̄is mālē elemētū nō ē cā virtutis q̄ in ipso ē neqz alicui sp̄s alius effectus in hoīe nisi mediante virtute fm̄ qz ex elemento z virtute quasi vnū efficit̄: ita in hoc sac̄o spēs nō sunt cā corp̄is chūsti neqz alicuius effect̄ in aīa sp̄s alius nisi mediante corpore chūsti vero fm̄ qz ex speciebus z corpore chūsti sit vnū sac̄m vtrū autē spēs ille fm̄ se hēant aliquē effectū cor poralē: sicut aqua corporalē abluīt in baptisimo etiā nō mediante sp̄s alio v̄tute. j. dicit. Ad 3^m dō qz oē sac̄m ē visibile: nō tñ oīz qd̄ ē i sac̄o sit visibile: vñ. n. spēs visibilis aque in baptisimo: sed nō vñ viri sp̄s alius q̄ secretus opat̄ salutē: z s̄līr h̄ vident spēs sed nō vñ v̄z corp̄ chūsti. Vel dōz qz ē visibile nō in se: s̄z in specieb̄ q̄ ipsū tegūt sicut z s̄b a alioz corpore v̄z mediante colore. Ad 4^m dō qz sanctitas q̄ ē in materijs alioz sac̄oz nō ē forma sanctitatis absolute: sed fm̄ ordinē ad aliō vt in. j. dicit̄ ē: z iō nō ē s̄līe de alijs sac̄is: z d̄ hoc vt ex dicit̄ p̄. Ad 5^m dō qz hoc ipso qz a lia sac̄a p̄ficiūt in acceptiōe vel collatiōe cōtin git qz illud qd̄ ē in eis sac̄m z res ē aliquid acq̄si tū in suscipiente: in hoc at̄ sac̄o aliē ē: vt ex dicit̄ p̄. Ad 6^m dō qz se vnū simplicit̄ z qd̄ ē nume ro vnū trib̄ modis dī: vno sicut idiuibile ē vnū vt punct̄ z vnitas qd̄ neqz ē multa actu neqz potē tia. Alio qd̄ ē vnū ex cōiunctate qd̄ tñ ē mltā po tētia sicut linea. 3^m dō qd̄ ē vnū p̄fectione: sicut dī calciamentū vnū: qz hz oēs p̄tes q̄ redrunt ad calci amētū: z hec vnitas dī in oib̄ illis ad qz̄ integra tē aliqua exigit̄: sicut vn̄ hō vna dom̄: z qz ad eē sac̄i mltā cōcurrūt: sicut forma z mā z h̄: iō ab hac vnitate p̄fectionis dī sac̄m vnū eē: illa. n. sūt de integritate alicuius instr̄i q̄ redrunt ad opatio nē illā ad quā instr̄ deputatū ē. h̄ autē sac̄z depu tatū ē ex diuina institutione ad cibationē sp̄s alē qz p̄ cibationē cor poralē significat̄: z qz cibatio cor poralis duo req̄rit. s. aliqd̄ p̄ modū cibi: z aliqd̄ p̄ modū potus: iō ad integritatē h̄ sac̄i ex diuina i stitutōe ē aliqd̄ p̄ modū cibi. s. cōp̄ chūsti z aliqd̄ p̄ modū pot̄. s. s̄guis. Ad 7^m dō qz oī p̄saliē sac̄a: pp̄ mālē diuersitate signoz. Ad 2^m dō qz iō illa p̄cedit qn̄ vtrūqz signū hz integrā significa

tionē. sic aut̄ nō ē hic: qz cibatio sp̄s alis nō signifi cat p̄fecte neqz p̄ panis tñ neqz p̄ vini tñ s̄p̄tio nē: s̄z p̄ vtrūqz simul sicut ē i significatiōe noīuz p̄posito. Ad 3^m dō qz rō illa p̄cederet si vtrāqz forma r̄nderet toti sac̄o. s̄z hoc falsū ē qz vna for ma r̄nder vni: z alia aliq̄ eorum que ad sac̄m ex igit̄. Ad 4^m dō qz sp̄s non sint vnū in genere vt specie nāe: possūt tñ eē vnū p̄ relationē ad vnā opationē ex qua vnitate sumit̄ vnitas sac̄i. Ad 5^m dō qz sp̄s chūstus perfectus sit sub vtrāqz sp̄e nō tñ quātū ad integz v̄s sac̄i ē sub vtrōqz. sed quātū ad diuersos v̄s. Ad 6^m dō qz in quolz sac̄o ē tria considerare. s. originē: p̄fectionē: z finē ad quē ē. origo autē oīum sac̄oz ē passio chūsti de cuius latere in cruce p̄dētis sac̄a p̄fluxerunt: vt sancti dicit̄. p̄fectio autē sac̄i ē in hoc qd̄ cōti net gratiā. finis at̄ sac̄i ē duplex: proxim̄. s. sancti ficatio recipientis: z vltimus. s. vita eterna: hec at̄ p̄ quādā excellentiā in eucharistia inueniunt̄: qz hoc sac̄m ē sp̄s aliter in memoria d̄nice passionis. vñ Matth. xxvj. Quotiescunqz feceritis in mei memoria facietis: z iō quātū ad originē vocat̄ sa crificiū vel hostia. s̄līr etiā gratiā nō p̄ modū itē tions p̄tinet sicut alia sac̄a: s̄z plenitudinē gratie in suo fonte: z ideo antonomatice eucharistia dī: s̄līr etiā qz ipsa ē cōsūmatio oīum sanctificationū vt Dio. dicit̄ id qd̄ ē oīum. s. cōgregari ad vnū hu ic sac̄o attribuit̄: z dī cōio v̄l s̄mactis qd̄ idē ē: in quātū. s. hō congregat̄ ad vnū: z ad seipsum z ad alios ei qd̄ ē maxime vnū cōiūct̄. s̄līr ēt quātū ad vltimū finē cōsequēdū maximā efficacīā hz iquā tū realit̄ continet hoc quo ianua celi nobis apta ē. s. sanguinē chūsti: z iō specialiter vaticū appel lat. Et p̄ hoc patz solutio ad obiecta: qz ab eo qd̄ ē cōe aliquid antonomatice denoiari pōt.

AD secundum sic pro

dit: vñ qz huic sac̄o figure assignari nō de beat. nihil. n. disponit̄ p̄ aliqd̄ sui generis. albedis n. n̄ ē albedo: nec mor̄ ē mor̄. s̄z sac̄z ē signū. q̄ sa crō nō oīz aptari aliq̄ figura: qz i iūm̄. n̄ irēf. Ad sac̄a veteris legis dicunt̄ sac̄is noue legis r̄ndere inquātū signat̄ ipsa: sac̄is at̄ noue legis q̄ s̄t maxi me perfectionis nō r̄ndebāt aliqua sac̄a i veteri lege vt qdā dicit̄: cū ḡ h̄ sac̄z sit maxie p̄fectiōis vñ qz nō debeāt ei aliq̄ figure assignari. Ad sicut eucharistia p̄figurata ē in agno p̄chalt: ita z ba ptism̄ in trāitu maris rubi: vt dī. j. Cor. xj. cuz ḡ magister n̄ assignauerit aliquas figuras baptisim̄ vñ qz nec eucharistie figuras assignat̄ d̄beat. Ad 3^m dō: hoc sac̄m memoriale passiois chūsti ē sp̄s alit̄ s̄z passioē chūsti p̄cipue oportebat p̄figurari: p quā nos redemit̄: vt fides antiquoz ad redēptōrē ferret̄. ḡ p̄cipue oportebat hoc sac̄z figurari. Ad hoc sac̄m ē dignissimū z difficillimū ad credēdū s̄z talia maxime cōsueuerunt p̄figurari. ḡ rē.



absoluit ab vno v̄ciali absoluit ab oīs. **A**d p̄ccati v̄ciale ē maioris adberētie q̄ mortale. vñ remisso mortali adhuc māet v̄ciale. s̄z vñū mortale nō p̄t remitti nisi oīa alia dimittat. s̄z nec vñū veniale nisi alijs remissis. **A**d s̄. ei q̄ displicet deo peccati nō remittit. s̄z v̄ciale displicet deo. s̄z quādiu manet vñuz aliud non remittit. **A**d 3^m dō: maioria ḡie ē remissio mortalis p̄cti q̄ v̄cialis. s̄z vñū p̄ctm̄ veniale manens fixū in corde nō ipedit remissioez mortalis p̄cti. s̄z multomin⁹ ipedit remissionē alteri venialis. **A**d 4^m dō: vñ q̄ veniale p̄ctm̄ possit remitti sine mortali. Jo. viij. sup̄ illud q̄ sine p̄cto est vñū ⁊c. dicit aug. q̄ oīs illi erat in p̄cto mortali venialia enī eis dimittebāt p̄ cerimonias. s̄z v̄ciale p̄t dimitti nō dimisso mortali. **A**d s̄. mortale ⁊ veniale h̄ie diuidit. s̄z mortale p̄t dimitti sine veniali. s̄z veniale p̄t dimitti sine mortali. **A**d p̄cto q̄d sufficiēter punitū ē nō debet alia pena: q̄ nō vñū dicit bis de in idip̄m. s̄z p̄ctm̄ v̄ciale p̄t aliquis i mortali ex̄ns sufficiēter in seip̄o punire cū debeat ei pena finita. s̄z nō referuabit v̄cti⁹ ad penā. sed nūq̄ aliquis absoluit a reatu penē: nisi pus absoluat a culpa: alio culpa inordinata remaneret sine pena. s̄z manēte p̄cto mortali p̄t v̄ciale remitti. **A**d 3^m dō: h̄ie dicit q̄ v̄ciale p̄ctm̄ obscurat mētē: s̄z mortale obtenebrat. s̄z obscuritas nō remouet nisi p̄ lucē: lux autē sp̄ualis ē ḡa q̄ ē mortale d̄let. s̄z n̄ p̄t dimitti v̄ciale sine dimissioe mortali. **A**d 4^m dō. ad p̄mā. q. q̄ p̄ctm̄ q̄d̄z d̄z remitti quātūz ad duo. s̄. quātū ad culpā ⁊ quātū ad reatū: ⁊ nō p̄t esse sc̄da remissio sine p̄ma: q̄ q̄d̄z manet culpa manet debitum penē: culpa autē in deordinatione voluntatis p̄sistit: vñ nō p̄t culpa tolli nisi reordietur voluntas: q̄d̄ cē nō p̄t q̄d̄z in ip̄a deordinatione manet: alio essent duo opposita siml̄ v̄: ⁊ iō nullo mō v̄ciale dimitti p̄t q̄d̄z voluntas ad illō māet. **A**d p̄m̄ dō. q̄ nō ē ex defectu ḡie q̄n̄ illud veniale in q̄ adhuc voluntas manet remitti nō possit s̄z ex defectu eius cui remittēdū ē in q̄ ip̄edimētuz remissiois inuenit. **A**d 2^m dō. q̄ q̄d̄libet p̄ctm̄ mortale opponit cuilibet q̄ntūq̄z p̄ue charitati: nō at q̄d̄libet v̄ciale opponit cuiq̄z seruoī charitati: oī enī seruoī charitatē p̄ similitudinē fm̄ q̄ ad ext̄iora q̄d̄m̄ ebuliēdo refudif. ex illa autē parte q̄ v̄ciale cōmittit charitatē seruoī: nō apparet: sed aliquid p̄ter charitatē. vñ q̄uis sit seruoī charitatis quantūz ad aliqua: potest tamen esse tepiditas quantūz ad alia: ⁊ sic non quilibet seruoī opponitur cuilibet veniali. vnde non est silis cōparatio peccati mortalis ad charitatē ⁊ venialis ad seruoī rem charitatis. **A**d 3^m dō: q̄ voluntas que fuit fixa in aliquo nō remouet inde nisi per actuale assensum si illud memorie occurrat: alias sufficit habitualis: sicut etiā de mortalibus cōtingit q̄ oblita remittunt. **A**d sc̄dam. q. dō. q̄ ea que non habent connexionē ad inuicē vñuz potest auferri

sine altero: s; que habet aliquo modo conexionez
 vnu non pot sine alio auferri. peccata aut morta-
 lia quibus non habeant conexione ex parte couersio-
 nis: hnt tñ conexione ex parte auersiois: quia ab
 vno icomutabili bono auertur: et io vnu sine alio
 remitti non pot: cu remissio culpe magis respiciat
 per oppositu auersione q couersione: q; culpa re-
 mittit fm restitutione ad illud a quo culpa sepa-
 ratur: venialia aut non hnt conexione: neq; quatu
 ad couersione: neq; quatu ad auersione: q; in eis
 nulla est auersio a fine: et si sit aliquis defect' i actu
 eoz que expediut ad fine: et ideo pot vnu veniale
 sine alio dimitti. ¶ Ad p^m q^o d^o. q remissio veial
 no copat pprie loquedo sanationi: q; infirmitas
 que per sanatione curat destitutio virtutis ipoz
 tat: no aut est aliqua destitutio vel debilitatio vir-
 tutis spualis in culpa veniali: sed soluz dispo ad vir-
 tutis destitutio: et io ro illa non est ad ppositu.
 ¶ Ad 2^m d^o. q peccatu veniale non dr esse malo-
 ris adherete q mortale: quasi ex parte sua firmi⁹
 in aia maneat: sed ex parte nra: q; peccata veialia
 non ita facile deuitamus: sicut mortalia ad que di-
 mitteda ex necessitate obligamur. ¶ Ad 3^m d^o.
 q peccatu mortale ita deo displicet q etia fac ipm
 peccante deo displicente in qtu pulchritudine gre
 qua de in ipso amat auferi: sed peccatu veniale q
 uis deo displiceat: q; inordinatu est: non tam fac
 peccante deo displicete: q; non prius claritas gre
 sed quoda modo obnubilat inquatu et' pcessus
 ad exteriora ipedit: et io Bre. dicit q peccatu veia-
 le obscurat: sed mortale obtenebrat: et prop' hoc
 vnu peccatu veniale non ipedit qn aliud remitti
 possit: quis mortale vnu ipeditat dimissione alti?
 ¶ Ad 4^m q. d^o. q remoto priori remouet poste-
 rius: nec posterius restituit: nisi p' restituito. fer-
 uor aut charitatis cui veniale opponit est posterio-
 ri: ipa charitate: vñ qdiu charitas non restituit:
 nec feruor charitatis reparari pot in qua repara-
 tione consistit venialis peccati dimissio: sicut etia i
 reparatioe charitatis dimissio mortalis: et io non
 pot veniale dimitti ei cui mortale non dimittitur
 pot etia ex pte remittedis ratio assignari: q; a do
 qui soluz peccata dimittit: peccatu mortale sepat:
 et io effectus eius in remissioe peccati venialis hnt
 peccatu mortale non percipit: sicut etia ex pte ei q
 fit remissio. s. charitatis q vnuerfa delicta opit:
 Prover. x. qua peccatu mortale tollit. ¶ Ad p^m
 q^o d^o. q Aug. noiat ibi venialia irregularitates q
 fm lege cotrahebant. ¶ Ad 2^m d^o. q veniale no
 auertit a deo neq; charitate tollit sicut mortale: et
 ideo non impedit dimissionez mortalis sic e'rio.
 ¶ Ad 3^m d^o. q pena etia hominis offensam non
 tollit: nisi ab eo in quem peccatum comissum est
 acceptet: nec acceptari pot qdiu inimicitia ad ipz
 manet: et io manete inimicitia hominis ad deū p
 peccatu mortale pena quatacuq; veniale no pur

gat: vñ eiaie. lviij. dñs dicit no esse accepta ieiunia
 eoz qui ad lites et pentione ieiunabant.

De secudu sic proce
 ditur: Videt q peccatu veniale no pos-
 sit dimitti sine gre noue infusione: peccatu eni ve-
 niale transiens actu in aia manet reatu. s; reatus
 fundat sup macula. cu q macula no possit ab aia
 abstergi nisi per gram: sicut nec tenebra nisi p lu-
 cem: videt q veniale dimitti no possit sine gratie
 infusione. ¶ Veniale peccatu consistit in hoc
 q minus amatur de q debet. sed minoratio ista
 non pot tolli nisi charitate augmentata: s; cuius
 augmentu noua missio spiritus sancti atteditur:
 vt in pmo li. dñs. xv. dicitur est: et per pns noua gra.
 q peccatu veniale sine gre infusione remitti no pot
 ¶ Sed 3^o noue gratie additio gratiam pexisten-
 te auget si eaz inueniat. ed cu peccatu veniale gra-
 tiaz non auferat: si sine gre infusione dimitti non
 posset: oporteret q quadoquq; dimittitur venia-
 le gre gra adderet. q semp homo post veniale re-
 dret in maiorez gram quod falsum est: quia tunc
 freques iteratio venialiu no disponeret ad mor-
 tale. ¶ Alterius: videt q gra sine contritioe pos-
 sit peccatu veniale remittere: q; sicut dicit Grego.
 qd est aqua ad caminu: hoc est veniale ad feruore
 charitatis. sed feruor charitatis pot esse sine cotri-
 tione: potest eni aliquis in deum feruenter couer-
 ti: et tñ de peccato no dolere qd est coteri. q pntm
 veniale potest dimitti sine cotritioe. ¶ Venialitudo
 non solu ipoztat dolorem de pterito peccato: sed
 etia ppositu non peccandi decetero. sed alicui
 dimittit veniale peccatu qui non habet tale pro-
 positu: q; scit se sine peccato veniali presente vita
 agere non posse. q sine cotritioe peccatu veniale
 dimitti pot. ¶ Venialitudo in peccato veniali exns
 pot dormies moui et tals q stati euolat: puta si pp
 fidez p' cofessaz costant occidat. sed dum dormit
 conteri no pot. q cu ei peccatu veniale dimittatur
 vñ q possit sine cotritioe peccatu veniale dimitti.
 ¶ Si 3^o Si gra sine aliquo adiuncto peccatum
 veiale remitte posset gra secū veiale no copateret
 sed compatitur secum veniale. q oportet aliquem
 motu p' itois aduere ad pcti veialis dimissionē.
 ¶ Alteri vñ q de pcto veiali teneat ho et pfiteri:
 Ja. v. pfitemi aliu: pta via. in q pceptu p'fessio
 nis dat: vt i lra dñs. s; hz glo. loq' d' p'fessioe veialiu
 et mortaliu: q; dicit q; maiora sol' sacerdotib': s; leuio-
 ra socijs pfiteri possum'. q tenemur pfiteri veialia
 ¶ Venialib' teneat ho satisfacere: q; satisfacere ē
 act' iusticie: ad iusticie at actu tenemur. s; satisfac-
 tio d; esse fm arbitriu sacerdoti q vice dei obtinet
 qd esse no pot nisi p'fessioe pcedete. q de venialib'
 homo confiteri tenetur. ¶ Venialitudo pceptu ecclie est
 vt homo semel in anno saltē pfitat. s; aliquis est
 qui no hz nisi venialia. q teneat illa cofiteri. ¶ Si

3 nullus tenet ad impossibile. sed 3fiteri oia venia-
 lia est ipossibile cu cognitione nram effugiatur. qd no
 tenemur. illa 3fiteri. **¶** Lterius videt qd per be-
 nedictione episcopale: aqua benedicta 7 huiusmodi
 peccatu veniale remitti no possit: qd ex eisdem causis
 aliquid sit 7 corrupit: vt of in .ij. etbi. sed peccatu
 veniale causat ex actu nro. qd o3 qd aliquid i nobis
 sit per qd dimittat: 7 ita cu ista sint extra p ea pec-
 catu veniale dimitti non pot. **¶** Peccatu veni-
 ale vt dictu est non dimittit sine contritioe. sed ipa
 contritio p se sufficit ad dimissionem. qd p dicta nihil
 operant ad dimissionem. **¶** P. p dicta oia equalis
 habet habitudine ad oia peccata venialia. si qd per
 ea aliqd veniale dimittit oia dimittunt: 7 sic fre-
 quentissime homo esset sine veniali: qd non vide-
 tur verum. **¶** Sed 3 est qd coiter of qd multa sunt re-
 media 3 venialia peccata. s. tuncio pectoris: asper-
 sio aque benedictae: vnctio extrema 7 oia sacramen-
 talis vnctio: benedictio epi: panis benedictus: gene-
 ralis cofessio: compassio alieni: delicti commissio
 eucharistia: oratio dominica: 7 alia quecumq le-
 uis penitentia. **¶** R. n. deo od. ad pma. q. qd ho i pec-
 cato mortali a deo auertit sibi aliud sine constituens
 7 io lumē grē amittit: sic 7 lumē solis qui visum a
 sole auertit: 7 ppi hoc no pot peccatu mortale re-
 mittere: nisi per grē infusione. sed ho p peccatu veni-
 ale no adheret comutabili bono qd fini: 7 io non
 auertit a fine qd ē icomutabile bonū. vn per veni-
 ale ho gram non amittit: 7 io non o3 qd ad hoc qd
 remittat veniale qd gra aliqua infundat de nouo:
 sed sufficit qd gra que iaz habet in actu pdeat: qd
 ipm veniale non tollebat habitū: sed solūmō ipe-
 diebat virtutē actū. **¶** Ad p. qd od. qd macula pot
 esse dupl. Uno mō per priuationē pulchritudis
 7 sic in veniali non manet aliq macula: qd gra 3 nō
 tollit que ē aie decor. Alio mō per hoc qd pulchri-
 tudo que ē grē ipedit ne exterius appareat: sicut
 per puluerē pulchritudo faciei fedat: 7 talis ma-
 cula ē in veniali: qd ipedit decor grē ne in actibus
 exterius ondat. vn non o3 qd talis macula per in-
 fusionē grē tollat: sed per actū qui grē ipeditur
 tollat. **¶** Ad 2. od. qd veniale peccatu nō consistit
 in hoc qd ho minus amet deū in habitu: qd venia-
 le nō dimittit charitatē: als ea qd totalr tollit
 s3 in hoc qd amor dei nō ondit in oib' actib' hois
 aliq deordinatioe in eis existēte. **¶** Ad 2. q. od.
 qd peccatu veniale nō dimittit vt dictu est quādiu
 voluntas manet in illo: ipaz aut recedere voluntatē
 ab eo qd quis pus volebat est displicere ei qd vo-
 luit. talis aut displicentia dolor contritiois dicit qd
 ē gra iformata: 7 io peccatu veniale sine 3tritioe
 nō dimittit. S3 sciēdū qd 3tritio pot accipi triplr
 vel actu vel habitu vel medio mō. habitu quidē
 3tritio exns nō sufficit ad peccati venialis dimis-
 sionē: qd tūc quicūqz hēt penitētie virtutis hituz
 cui act' est qd 3tritio: psecut' esset peccati venialis

dimissionē: 7 sic pētm veniale cū gra cē nō posset
 Nec itez requirit qd sit actualis 3tritio: qd scēret
 qd pētm qd qd i memoria vel in cognitione nō hēt
 remitti nō posset: 7 io od. qd requirit 3tritio me-
 dio mō: qua. s. rsi actu pētm nō displiceat explici-
 te displicet tñ iplicite: qd ex virtute a t' que agit se
 quere displicentia explicita pēti venialis si cogita-
 tio ad illud ferret. **¶** Ad p. qd od. qd quis seruo
 charitatis possit esse oū homo in deū fert motu
 charitatis sine hoc qd actu de peccato veniali cogi-
 ter: explicite tam in illo motu iplicite cōtinetur
 displicentia venialis peccati vel vnus vel oium: qd
 si seruenter in deū fert displicet ei oē qd a deo re-
 tardat: vn pot esse tā seruēs motus charitatis in
 deū qd omnia peccata venialia consumit etiā sine
 actuali cognitione ipoz. **¶** Ad 2. od. qd peccata
 mortalia sunt in potestate nra vt vitentur nō solū
 singula: sed etiā oia venialia aut: 7 si singula vita-
 ri possint: nō tam oia: qd ex infirmitate nate con-
 tingit: 7 io in cōtritione de venialib' non exigitur
 ppositū nō peccandi venialr: sicut in cōtritione de
 mortali exigebat: sed qd displiceat ei 7 peccatu pte-
 rituz 7 infirmitas qua ad peccatu veniale inclina-
 tur: quis ab eo oio imunis esse non possit. **¶** Ad
 3. od. qd passio p christo suscepta vim baptismi
 obtinet: vt supra dictu ē di. iij. 7 io purgat ab oi
 veniali 7 mortali: nisi actualr voluntatē renitentez
 inuenerit: 7 ppi hoc illud peccatu veniale qd for-
 te ē t' cofessionē seruēter incurrit nō tardat ipm
 qd euolat: 7 pcpue cū ipa pena martyri hēat viz
 purgadi. de alijs aut qui moriunt dormientes od.
 qd dimittit eis illud veniale etiā qd ad culpā post
 mortē. **¶** Ad itia. q. od. qd pssio ad h' necessaria
 ē vt penitēs satisfactioe accipiat fm mōz delicti.
 pēto ad veniali nō debet pena satisfactoria taxata
 qd pena illa cēt pporcionata pene pēti mortali a qd
 pētm veniale infinitū distat: vn p solā 3tritionē i-
 teriore pētm veniale remitti pot. Et qd aliq satisfi-
 ctio exteri iūgit: h' ē magis ad deuotōez excitādū
 vl 3tritōz qd ad satisfaciēdū: 7 io ad pssioz veni-
 aliū nō tenemur: neqz necessitate absoluta: qd sic
 nec d' eis penitē: nec ea vitare tenemur: nec ēt ne-
 cessitate qd ē ex suppositōe finis. s. remissiois eoz:
 qd ēt sine pssioe vl actu vl pposito exite pnt venia-
 lia remitti: tñ pfectōis ē ea pssio. **¶** Ad p. qd od.
 qd vbu illō Jac. qd ad pēta mortalia ē pceptū: s3
 qd ad venialia ē pssio. **¶** Ad 2. od. qd rō illa pce-
 dit ex falsi suppone: vt ex dōis p3. **¶** Ad 3. od. qd
 i cāu illo pp pceptū ecclie dicit aliq qd tenetur ho
 venialia 3fiteri. Alij vō dicūt qd sufficit qd p se rep-
 sētet sacerdoti: 7 se imunē a pēto mortali ondat
 vt ad cōmunionē admitti possit. pceptū. n. ecclie
 ē ad obligādū illos qd hēt aliq qd 3fiteri debeāt: ca-
 dit. n. s3 pcepto mag' taxatio tps qd ipe pssiois
 actus. vn si alicui p graz collatū cēt vt a pēto veni-
 ali imunis cēt: sic bñ vgi ē collatū nō tenet ad illō

ceptū. **Ad** q̄rtā. q. dōm q̄ sicut dictū ē veniale p̄ctm̄ dimittit p̄ seruoze charitatis q̄ explicitē: vel implicitē cōtritionē cōtineat: 7 iō illa q̄ nata sūt de se excitare seruoze charitatis p̄ctā venialia dimittere dicunt: huiusmōdi autē sūt q̄ ḡam cōferūt sicut oīa sacra: 7 quib⁹ impedimēta seruoze 7 ḡe auferūt: sic aq̄ b̄ndicta que virtutes inimici rep̄mit: 7 ep̄alis b̄ndictio: vel et exercitiū hūilitatis ex parte n̄ra: sicut tūlso pectoris: 7 oīo d̄nicalis 7 h̄ modl.

Ad p̄mū q̄ dō q̄ act⁹ n̄ requirit ad d̄missiōez venialis: s̄ ista dicunt p̄ctm̄ veniale remittere iq̄tū in actū n̄m seruoze excitat. **Ad** scōm dō q̄ ista sine cōtritione nō delēt p̄ctm̄ veniale: s̄ dicit delere inq̄tū cōtritionē causat. **Ad** itū dō q̄ s̄m quātitatē seruoze est quātitas remissiois: 7 iō s̄m q̄ p̄ ista maior vel minor cōtinet: qui de pluribus vel pauciorib⁹ implicitē ad minus cōtritionē cōtineat s̄m hoc plura vel pauciora venialia d̄mittuntur: 7 non omnia semp. **Ad III.**

Deinde queritur d̄ circūstātijs p̄cti. Et circa hoc q̄runf duo. **Primo** de ipsijs circūstātijs s̄z se. **Secūdo** qualr se habeāt ad peccatum.

Ad primū sic proce dit: Videt q̄ circūstātia nō s̄t p̄p̄tas moralis actus siue ei⁹ cōditio: dicit enī Boc. in. iij. topi. q̄ circūstātie sūt que cōueniēti s̄baz rhetorice q̄ōn̄s efficiūt. s̄z q̄ rhetoria nō pertinet ad genus morale: s̄z magis ad genus ph̄ic rōnalis. q̄ circūstātia nō est cōditio moralis act⁹. **Ad** illud q̄d est circa aliqd̄ nō est in eo. s̄z cōditio vel act⁹ moralis in ip̄o est. q̄ nō p̄t talis cōditio circūstātia dici. **Ad** ip̄i act⁹ morales sūt circūstātie q̄dā a quib⁹ cōfirmat oīo rhetoris. est enī circūstātia s̄z tullius p̄ quā recipit augmētatio fidē 7 auctoritatē 7 firmamentū adiungit oīo. s̄z circūstātie nō est circūstātia: sic nec accidentis accidēs: als̄ in infinitum iret. q̄ circūstātia nō ē cōditio vel p̄p̄ietas moralis act⁹. **Ad** s̄z: iqr̄tia circūstātie excusat moralez actū a p̄cto. s̄z hoc nō esset nisi essent moralis act⁹ cōditioes. q̄ sūt cōditiones vel p̄p̄ietates moralis act⁹. **Ad** mediū virtutis ad morale gen⁹ p̄tinet. s̄z mediū in virtutib⁹ moralib⁹ accipit s̄m circūstātia: debita limitationē: vt q̄n̄ ōz: 7 vbi: 7 quō: sic ph̄s. iij. ethi. docet. q̄ s̄z cōditioes morales. **Ad** t̄ri: v̄ q̄ icōueniēti enūerent circūstātie in hoc versu. Quis q̄d vbi q̄b⁹ auxilijs cur quō q̄n̄. Illud. n. q̄d ē cā rei nō p̄t ēē circūstātia ei⁹: cū cā sit p̄or circūstātia posterior q̄si p̄p̄tas. s̄z p̄sōa agēs q̄ notat cū oī quis: ē cā moralis act⁹. q̄ nō ōz poni circūstātia. **Ad** nō p̄t idē esse circūstātia suiip̄. s̄z q̄d ipoztat s̄bam act⁹ moralis: cui⁹ circūstātie querūt. q̄ nō ōz inter circūstātijs cōputari. **Ad** nō ē idē circūstātia rei: q̄d dat rei sp̄ez: q̄ illud ē rei iraneuz

s̄z moralia recipiūt sp̄em a sine: v̄n̄ ab̄to. Intentio operi tuo nomē ipozit. q̄ cur q̄d sine ipoztat non debet dici circūstātia. **Ad** illud q̄d cōtinet alia nō debet alijs numerari. s̄z in mō cōp̄hendunt oīa alie circūstātie. q̄ nō ōz poni quō inter alias circūstātijs. **Ad** s̄z: v̄ q̄ sunt plures circūstātie. ph̄s enī in. iij. ethi. ponit circa quid 7 quo instrō. hec autē hoc versu non continent. q̄ v̄ q̄ insufficiēter enūerate sint. **Ad** circūstātie p̄p̄ hoc vocāt q̄: s̄m eas variat mediū virtutis. s̄z s̄m q̄tū 7 q̄tēs variat mediū virtutis. q̄ sunt circūstātie. cū q̄ non cōtineant p̄dēo versu: v̄ q̄ insufficiēter enūerent. **Ad** t̄ri: v̄ q̄ circūstātie que in l̄ra ab aug. dicit incōueniēti ponant. circūstātia enī vt d̄m ē: ē cōditio moralis act⁹. s̄z q̄ diu aliq̄s in p̄cto p̄fueret magis respicit peccatis statū q̄ actū. q̄ nō ōz circūstātia dici. **Ad** ipugnatio vel t̄tatio p̄cedens: q̄n̄ nō ē in p̄tate n̄ra: q̄n̄. s̄z t̄tatio ē ab hoste. sed circūstātie cū sint cōditiones moralis act⁹: sūt i potestate n̄ra: vt v̄. q̄n̄ ōz in circūstātijs poni q̄tā t̄tatioe aliquis ceciderit. **Ad** pena n̄m p̄ctm̄ n̄ est circūstātia p̄cti. s̄z amissio virtutum ē pena d̄ni ex p̄cto p̄ntis. q̄ nō ōz poni inter circūstātijs. **Ad** v̄nū p̄ctm̄ nō ē circūstātia alteri. s̄z iqr̄tudo ē per se p̄ctm̄. q̄ nō ōz poni vt circūstātia p̄cti. **Ad** ille circūstātie nec a p̄ho ponit i. iij. ethi. nec a Tul. in rheto. nec a Boetio i. iij. topi. q̄ v̄ q̄ incōueniēti ponāt ab Aug. **Ad** n̄deo dō ad p̄mā q̄ōnē: q̄ act⁹ n̄ri dicit moralis s̄m q̄ a ratione ordinant in finē voluntatis: ex hoc enī h̄nt rōnē boni vel mali. omē autē q̄d ordinat ad f̄nez ōz esse p̄portioatū sui: 7 iō rō que actuz n̄m in finē ordinat attendit p̄portioē act⁹ ad ea que ad actū cōcurrere p̄nt: 7 ista cōmensuratio circūstātia d̄f. 7 q̄ in qualibet p̄portioe ōz esse ad minus duos terminos: nihil enī sibiip̄i p̄portioat: s̄z alit̄: iō circūstātia moralis act⁹ dupl̄r accipi cōsuevit: q̄ p̄t dici circūstātia vel illud q̄d est ad actū cōcurrentes ad quē p̄portioat: sicut locus aut tēpus vel ip̄a cōceptio que ex illis relinquit: vt q̄n̄ v̄ vbi Sic q̄ vltimo mō accipiēdo circūstātia erit cōditio vel p̄p̄ietas act⁹: s̄z p̄mo mō accipiēdo q̄dā circūstātia ē p̄p̄tas act⁹: vt mod⁹ agēdi: 7 quēdā extra: vt loc⁹ 7 tēp⁹. **Ad** p̄mū q̄ dō q̄ q̄d rhetoris s̄m q̄dlibet gen⁹ cause at tēdit bonū 7 malū: q̄ in iudiciali p̄mū vel pena expectat: q̄ actui bono vel malo debent. in demonstratiuo autē laus p̄sone vel vituperiū querit que bonis actib⁹ vel malis debent. in deliberatiuo enī q̄rit q̄d sit vtile ad agēdū in q̄ 7 rōnē boni 7 mali attendere ōz: 7 iō ex eisdez ex quib⁹ act⁹ morales boni 7 mali reddunt: rhetores argumēta sumunt ad persuadendum. **Ad** scōm dōm q̄ circa aliquid d̄ stare om̄e illud q̄d nō est de essentia rei siue insit: sicut albedo corp̄i siue non insit: sicut locus locato: 7 idēo p̄p̄ietas circūstātie actus dicit possunt: 7 p̄cipue ratioe



habitudinis ad exterius. **A**d tertium dicitur quod accidens non est accidens quasi si ipsum sit per se ipsum accidens subiecti: sed accidens potest esse accidens inquantum unum accidens adheret substantie mediante alio: sicut color corpori mediante superficie: et sic est ipse actus circumstantia. **A**d proprietatem aliquam quous ipse sit conditio persone agentis. **A**d secundam quoniam dicitur quod usus ille distinguit circumstantias secundum assignationem Tullii et Boetii secundum quod a rhetore considerant qui ex eis argumeta sumit ad excusandum vel accusandum. sumitur enim argumentum rhetoricum: vel ex eo quod est attributum persone: et sic est quod: vel ex eo quod est attributum negotio de quo agitur: et hoc vel continetur cum ipso negotio et sic est quid: quantum ad substantiam facti exterius cur: quantum ad intentionem facientis interius: vel in ipsa prosecutione negotii continetur: et sic sunt quatuor. scilicet quoniam: quantum ad qualitatem actus: ubi: et quantum ad mensuram: quibus auxilijs: quantum ad instrumeta. secundum autem quod ad morale pertinent: potest aliter esse: nunc accipitur. proportio enim actus ad finem potest accipi: vel secundum id quod est in ipso actu: vel secundum id quod est extra. si primo modo: aut quantum ad speciem actus: et sic est quod: aut quantum ad modum ipsius: et sic est quoniam. si autem per comparationem ad extra: vel per comparationem ad eam: vel per comparationem ad mensuram. si primo modo: vel eam finale: et sic est cur: vel ad eam efficientem vel instrumentalem: et sic est quibus auxilijs: vel principaliter: et sic est quia. si autem per comparationem ad mensuram: aut ad locum: et sic est ubi: aut ad tempus: et sic est quando. **A**d primum ergo dicitur quod circumstantia illa que sumitur ex parte agentis magis respicit conditiones persone quantum ad proprietates ipsius quam illa substantia persone ex huiusmodi enim conditionibus variatur substantia actus: quod aliquid competit uni quod non competit alij. **A**d quous persona agens sit potest tamen propositio que relinquitur in actu ex agente circumstantia ipsius actus. **A**d secundam dicitur quod aliqui actus ex suo genere sunt mali vel boni: et ideo ex ipso genere actus potest sumi circumstantia actus moralis. hoc autem ex quo actus imponitur in tali genere: quous sit de substantia actus in quantum est ex genere moris: tamen est extra substantiam ipsius secundum quod considerat ipsa substantia actus absolute. unde aliqui actus sunt idem in specie nature que differunt in specie moris: sicut fornicatio et actus matrimonialis. **A**d tertium dicitur quod est duplex finis. scilicet ultimus et proximus. ultimus quidem non potest poni circumstantia: quia omnis circumstantia sumitur in proportionem ad ipsum. proximus autem etiam est duplex. quidam qui est finis operis: secundum quod philosophus dicit in ii. ethice. quod quedam committuntur malo finis: et iste finis datur spiritum actui: unde vel non est circumstantia si consideret tamen generis moris: vel referendo ad ipsam substantiam actus: includitur in hac circumstantia quid. Alius vero est finis agentis: qui quous ex malo actu bonum intendit vel econverso: et hic finis dicitur hec circumstantia cur. ad hoc autem actus non recipit speciem propriam sed quasi eodem secundum quod actus impati induit speciem virtutis vel vici impantis supra speciem quam habent ex habitu elicente. **A**d quartum dicitur quod modus rei est in ipsa

re quous substantia. et quod quedam circumstantie sumuntur ab eo quod est extra rem: quedam vero ab ipsa specie actus que duo ad modum non pertinent: id in modo non includitur oia alia circumstantia si modus proprie accipiat. **A**d quantum dicitur quod philosophus in iii. ethice. assignat etiam. vii. circumstantias: sed differt a predicta assignatione sua assignatio in duobus. primo quod philosophus ponit duas circumstantias: quod et circa quod: que in predicta assignatione tullii in una includitur: eo quod obiectum quod dicitur circa quod datur rationem actui quod dicitur: sed philosophus distinguit eas: quod per se rationem obiecti que datur spiritum actui: prout in obiecto considerari spatiales rationes que diversificant actum in bonitate et malicia in illis actibus qui ex se malicia non implicat in quibus etiam malicie quantitate diversificant. secundo quod philosophus ponit una circumstantia ponit quoniam et ubi: per hoc quod virtus sumitur a mensura extrinseca: sed in predicta assignatione distinguitur per diversam rationem mensuram. **A**d autem philosophus dicit quo instrumeta idem est quod tullius dicit quibus auxilijs: quod oia auxilia sunt quasi instrumeta actionis quibus agens utitur ad suum finem. **A**d sextum dicitur quod cum modus mensuram importet oia que ad mensuram pertinent vel per modum quantitatis continue vel discrete importantur in quoniam. **A**d dicitur quod quantitas actus ex tribus partibus potest. primo ex ipsa intentione actus: et sic idem est quod quoniam. secundo ex quantitate obiecti: et sic includitur id quod tertio ex tempore: et sic includitur in quoniam. quous autem semper reducitur ad modum. **A**d tertiam. quod dicitur quod augustinus numerat hic circumstantias secundum quod a penitente considerantur de sunt qui de peccatis dolere debent: et ideo numerat illas que proprie ad dolorem de peccato inducere pertinent. hec autem sunt due. scilicet peccatum boni: et quantum ad hoc dicitur quod dolere: quod se virtute puniunt: et positio mali. quod dicitur de aggravat: vel per accidens in quantum tollitur excusationis occasio: et sic debet dolere si nulla retentione vel modica penitentia peccavit: vel per se ex aliquo circumstantia addente deformitate ad actum: et sic quantum ad personam agentis considerare docet statum peccati: et beneficii prout a deo susceptum: quantum ad omnia docet considerare quo tempore et quando peccavit. docet etiam considerare circa quid in hoc quod dicitur: secundum modum necessitatis: quoniam in hoc quod dicitur: et modum sui operis: et locum in hoc quod dicitur: si in loco secreto. **A**d primum ergo dicitur quod hoc quod alijs diu in peccato permansit respicit conditiones actus vel transgressionis si frequenter peccatum iteravit vel continuavit: vel omissionis si penitere distulit de peccato etiam semel commisso. **A**d secundam dicitur quod quous retentione non sit in parte natura: tamen resistere vel non resistere est in potestate nostra: et ideo secundum hoc ex retentione precedenti circumstantia peccati sumi potest. **A**d tertium dicitur quod amissio virtutis quantum consequatur peccatum secundum nature ordinem: tamen concomitatur secundum tempus: et ideo circumstantia potest poni. **E**t peccata etiam quedam circumstantie secundum tullium sumuntur ab eo quod sequitur substantiam facti: secundum quod ex comparatione ad ipsa actus in bonitate vel

malicia variat. ¶ Ad q̄rtū dōm q̄ ingrati-
tudo vno modo speciale est pctm̄: alio modo circūstā-
tia peccati: 7 qualr hoc sit dicit infra dī. xxxij.

¶ Ad q̄ntū dōm q̄ omnes iste circūstantie p̄nt
reduci ad. vij. superius enumeratas: q̄ ingrati-
tudo reducitur ad conditionē persone: vt ex dictis p̄z:
tēratio autē p̄cedēs reducitur ad cur: quia tēratio
p̄cipue cōstitit in appetitu alicui: p̄p̄ q̄d homo
ad peccatum incitat. p̄uatio autē virtutū reducitur
ad quid: q̄ ip̄m peccatū ad sp̄m suam h̄z q̄ vir-
tutē tollat. de alijs autē facile est videre.

¶ Secundum sic pro-

Accedit: videt q̄ circūstantie peccatum non
aggrauat: nihil enī augetur nisi ex suo sili: vnde
intētio qualitatis quātitatē nō auget corporales:
s̄ additio alteri corp̄is. s̄ circūstantie nō sunt pctā
s̄ sūt q̄dā peccati accidētia. q̄ pctm̄ nō aggrauant
¶ Tota rō mali in pctō est ex parte auersionis
nō autē ex parte cōuersionis. sed oēs circūstantie
sequūt pctm̄ ex pte cōuersionis. q̄ nō aggrauant
malicia pcti. ¶ P̄uaciones nō intēdunt: neq̄
remittunt. sed malū p̄uatio quedā est boni: vt
aug. dicit q̄ malicia peccati per circūstantias intē-
di nō pōt. ¶ Sed: ex quib̄ causis vnūq̄d̄ ex
eisdē augeri pōt. sed ex circūstātijs inordinatis fit
peccatū inquantū per defectū circūstantie modus
virtutis corrūpit. q̄ circūstantie aggrauāt peccatū.
¶ Rhetores ex circūstantijs trahūt argumēta
ad accusandū vel excusandū: laudandū vel vitupe-
randū: vt dictū ē. sed accusatio vel excusatio: laus
7 vituperiū sūt de bono vel malo: aut minus
bono aut minus malo. q̄ circūstantie augēt act̄
bonitatē 7 maliciā. ¶ Alterius v̄ q̄ inter oēs
circūstantias magis aggrauent locus 7 tempus:
q̄ sicut dicit ph̄ in. iij. ethi. p̄cipalia sūt in q̄b̄ ē
actus: de huiusmōdi circūstantijs loquēs. s̄ in quo
signat ip̄m tps 7 locū. cū q̄ p̄cipales circūstan-
tie magis aggrauent: v̄ q̄ tēpus 7 locus maxime
aggrauēt. ¶ V̄ q̄ quis: q̄ ex voluntate p̄nci-
palit̄ oūē peccatū. sed voluntas se tenet ex pte agē-
tia. q̄ conditio persone magis aggrauat. ¶ V̄
q̄ ingratiūdo in deū: q̄ pctm̄ accipit rōnez malū
ex auersione. sed ingratiūdo directe pertinet ad
auersionē. q̄ ex hoc magis grauitas pcti p̄siderat
¶ V̄ q̄ tēratio p̄cedens: q̄ per illas circūstan-
tias maxime aggrauat pctm̄ per quas reddit ve-
nia dignū vel indignū. sed pctm̄ q̄d ex infirmitate
agit veniale dī q̄si venia dignū: q̄d ē cum aliquis
gravi tēratione p̄uenit. peccatū autē q̄d ex malicia
agit dī irremissibile: q̄ nō habet in se aliquid ve-
nia dignū: q̄d contingit cū aliquis ex electione tē-
tationē p̄uenit malū operat. q̄ hec circūstātia
maxime aggrauat. ¶ Alterius v̄ q̄ circūstantia
non possit trahere in aliā sp̄m: vel in aliud gen̄
peccati: q̄ accidentia non variāt sp̄m. s̄ circū-

stantie sunt accidentia act̄: vt dictū ē. q̄ ex eis sp̄s
peccati non variāt. ¶ P̄. actus h̄z sp̄m ex ob-
iecto. sed diuerse circūstantie nō mutāt obiectū
actus. q̄ non trahunt in aliud genus pcti. ¶ P̄. sic
circūstantie concurrūt ad actū peccati: ita ad actū
virtutis. sed non variāt act̄ virtutis s̄m speciem.
q̄ nec actus peccati. ¶ S̄: illud q̄d est cā alicui
pōt variare illud s̄m sp̄m: q̄ ex diuersis causis
diuersi sequūt effectus. sed circūstantie deficiētēs
sunt cā pctōz. v̄ s̄m diony. Malū contingit ex
particularib̄ defectib̄. q̄ diuersitas circūstantiaz
pōt sp̄z variare. ¶ P̄. p̄p̄ere: laute: nimis ar-
denter: studiose: sunt diuerse sp̄s gule: sed sumūē
s̄m diuersas circūstantias: vt per se p̄z. q̄ circūstan-
tie variant sp̄m peccati. ¶ Alterius v̄ q̄ circūstā-
tia aggrauet in infinitū: q̄ vna circūstantia cor-
rumpit virtutē. sed virtus non corrūpit nisi p̄ pctm̄
mortale q̄d habet quātitatē infinitā. q̄ circūstātia
aggrauat in infinitū. ¶ P̄. s̄m aug. Nullū ē adeo
veniale q̄n fiat mortale dū placet. s̄ placentia est
quedā circūstantia 7 reducitur ad quō. q̄ circūstātia
facit de veniali mortale: 7 sic aggrauat in infinitū
¶ Plus distat actus virtutis ab actu pcti mor-
tali q̄ act̄ venialis peccati a mortali. s̄ vna circū-
stantia mutata facit de actu virtutis actū pcti mor-
talis: sicut cogscere suaz vt nō suaz. q̄ multomagis
facit de veniali mortale: 7 sic idē q̄d prius. ¶ S̄
q̄ntitas accidentalis non excedit q̄ntitatē sbale.
sed q̄ntitas 7 circūstantia pcti p̄ueniens est ei ac-
cidentalis. cū q̄ntitas venialis pcti sit finita: q̄nti-
tas ex circūstantia nō erit infinita: 7 ita non ag-
grauat in infinitū. ¶ P̄. ea que in infinitū disse-
rūt non cōueniunt in genere. s̄ eoz que nō conue-
niunt in genere vnū nō pōt in aliud transmutari:
sicut linea in colorē. q̄ nō pōt per circūstantiā act̄
peccati trahi ad infinitā q̄ntitatē. ¶ Alterius v̄
q̄ oīs circūstantia sit cōstitenda: Hen. ix. p̄cipit
loth de sodomis exeunti ne moraret in oī circa re-
gione. s̄ penitēs de sodomis. i. de pctō p̄fessioz
exit. q̄ nō solū pctm̄: s̄ oēs circūstantias pcti cō-
fiteri d̄z. ¶ P̄. penitēs d̄z pctm̄ suū sacerdoti con-
fiteri: vt ab eo modū satisfactiois accipiat. s̄ pro
grauiori pctō maior inūgil satisfactio. q̄ d̄z sacer-
doti circūstantias notificare quib̄ q̄ntitas pcti cōsi-
derat. ¶ P̄. p̄fessio d̄z p̄ritioni r̄ndere. s̄ h̄o d̄z
de singulis circūstantijs cōteri: vt in l̄a aug. dicit.
q̄ v̄ q̄ oēs debeāt p̄fiteri. ¶ S̄: s̄m ph̄ in. iij.
ethi. Delectabile carnis quāto magis in p̄ticulari
cōsiderat: tāto magis appetitū mouet. s̄ h̄o d̄z su-
gere appetitū talis delectabilis p̄ cōsiliū apli. j. ad
Loui. vj. q̄ v̄ q̄ pctōz carnaliū ad min̄ nō debeat
aliquis oīs singulares circūstantias p̄fiteri. ¶ P̄.
ex circūstātijs recitatis alī alicui p̄sone pctm̄ in-
notescit. s̄ h̄o in cōfessioe d̄z se accusare nō altez
infamare. q̄ v̄ q̄ nō debeam circūstantias p̄fiteri.
¶ R̄ndeo d̄z ad p̄mā. q. sic dicit aug. in. xj. de trini.



in his q̄ nō mole magna sūt: idē ē esse mal⁹ qd̄ est esse melius in bonis: sic ⁊ sūr in malis idē ē mal⁹ qd̄ ē esse peius: malicia autē i actu pcti ex h⁹ ē q̄ de ficit a debita pportōe ad finē ad quē pportioat⁹ reddif p debita p̄mēsuratiōe circūstātiarū: vt dī ctū ē: ⁊ iō defect⁹ debite circūstātie malicia in actu caufat: ⁊ q̄ p vnā circūstātiā deficiētes vel appo sitā magis elōgat imin⁹ a debita pportōe ad finē. iō circūstātia facit actū magis malū vel min⁹: ⁊ f̄z hoc dī aggrauare pctm̄. ¶ Ad p̄mū q̄ dōm q̄ rō illa pcedit in illis in quib⁹ ē augmētū p additiōe in illis enī in quib⁹ ē augmētū p intētiōe non o3 additiōe sūlis in p̄ecie fieri: sicut nō o3 q̄ albedo albedini addaf ad hoc q̄ fiat magis albu⁹: vt of in .iij. phy. ⁊ sūr nō o3 q̄ pctm̄ pctō addaf ad h⁹ q̄ fiat magis pctm̄. ¶ Ad scdm̄ dōz q̄ ex inordinata cōuersiōe ad cōmutabile bonū reddif actus ipro portionat⁹ ad cōuersiōe ad finē: ⁊ iō fūdāmētūz auersiois ē cōuersio in pctō: ⁊ p̄p̄ h⁹ circūstātie q̄ ex pte cōuersiōis se tenet p̄nt pctō malicia augere ¶ Ad tertiū dōm q̄ quīs puatōes nō intēdant ex seip̄is: tñ intēdi ex cāis suis q̄n3 dicūt: sic cecitas p elōgatiōe ab actu vidēdi: ⁊ sūr ex inordinata cō uersioe malicia in actu intēdif. ¶ Ad scdm̄ dō q̄ bonū dī f̄z ordinē ad finē: vt in .iij. meth. dī. cū q̄ malū sit puatio boni: dupl̄r pōt cōtingere maluz: vel fm̄ ip̄az relatōez in finē: vel f̄z aptitudinē rela tōis i finē: ⁊ iō pctm̄ dupl̄r p̄tingit: vt ex eo q̄ act⁹ nō ē pportioat⁹ sint: sic in his q̄ ex se mala sūt. vt q̄ inordinata referf in finē: sic p3 in his q̄ mala itē tiōe sūt: et si ex se bonū sit qd̄ sit: ⁊ q̄ p̄p̄ qd̄ vnū qd̄q3: ⁊ illud magis: iō q̄ritas malicie pcti magis ē s̄sideraf fm̄ relationē inordinatā in finē q̄ ē fm̄ iproportione ad finē. ad ordinē autē ad finē p̄tinet cui⁹ ḡia: ⁊ iō sup oēs alias cōsiderāda ē in iudican do de grauitate pcti. ad h⁹ autē q̄ act⁹ sit iproporti onat⁹ sint p̄tinet hec circūstātia qd̄: p quā ipozat rō mali in actu: ⁊ iō oia q̄ p̄nt pctō sp̄ez tribuere i hac circūstātia includūt: ⁊ hec sūt in quib⁹ p̄sistit act⁹ moralis quātuz ad bonitatē vel maliciā: ⁊ iō hec ē scda circūstātia in aggrauando: ⁊ p̄p̄ h⁹ p̄hs dīc in .iij. ethi. q̄ p̄ncipalissima in actu sūt i quib⁹ cōsistit act⁹ ⁊ cui⁹ ḡia. alie autē circūstātie magis ⁊ min⁹ aggrauāt fm̄ q̄ his magis vl̄ min⁹. p̄p̄inque sūt: ⁊ iō tēpus ⁊ loc⁹ min⁹ aggrauare nata sunt: q̄ sūt oio extrinseca: s̄z inter ea conditio p̄sone magi q̄ agēs direct⁹ r̄ndet finē: ⁊ p̄ hoc mod⁹ qui r̄ndet actui: ⁊ p̄ hoc instm̄ qd̄ p̄tinet ad modū agēdi. ⁊ hoc qd̄ vt in plurib⁹ accip̄fēdū ē ita esse: tñ nihil p̄hibet in aliquo alr se h̄re: q̄ sermōes q̄ sunt in morib⁹ nihil deimiatū h̄nt: vt dī in .ij. ethi. ¶ Ad p̄mū q̄ dōz q̄ p̄hs nō itēdit p̄ncipalissima esse illa in qd̄ ē act⁹ sic in mensurantib⁹ ip̄z: s̄z sic i cōplēti b⁹ rōne ip̄ius. ¶ Ad scdm̄ dōz q̄ volūtas q̄uis sit agētis sic s̄biecti: tñ est finis sic obiecti: ⁊ iō trahit rōne magis a fine q̄ a p̄ditōe agētis: ⁊ ad finē ma

gis reducit: q̄ potētē ⁊ hitus distinguūt penes ob iecta. ¶ Ad tñ dōz q̄ ingratiūdo fm̄ q̄ ē circū stātia nō pōit actualē cōtēptū: s̄z q̄si interpretatuz ⁊ iō nō o3 q̄ magis aggrauet q̄ puerfa intētiō q̄ a ctualē auersioe a fine debito caufat. ¶ Ad q̄m dōz q̄ venia dignū dī pctm̄ qd̄ ē veniale ex cā: f̄z q̄ puat volūtariū vel diminuit: vl̄ p̄ igrantiā: vl̄ p̄ ipotētiā: ⁊ iō tota illa diuersitas: ad cui⁹ ḡia: r̄du cit: q̄ volūtariā intētiōe finis respicit. ¶ Ad tñ .q. dōz q̄ aliq̄ circūstātiā trahere i alia sp̄ez pcti manifestū ē: s̄z quō h⁹ possit eē ē dubiū. Quidā. n. dicūt q̄ h⁹ accidit in q̄tū ille circūstātie accipiūt vt fines volūtatis: q̄ a fine act⁹ moralis accipit sp̄em s̄z h⁹ nō vl̄ sufficienter dictū: q̄ aliquādo variatur sp̄ez pcti sine h⁹ q̄ intētiō seraf ad circūstātia illa: sic fur ita lib̄er accipet vas aureū nō sacratū: sic sa cratū: ⁊ tñ in alia sp̄ez pctm̄ mutat. f. de furto sim plici in sacrilegiū. ⁊ p̄ica f̄z h⁹ sola illa circūstātia q̄ dī: cui⁹ ḡia: sp̄ez pcti mutare posset qd̄ falsū ē. ⁊ iō alr dōz q̄ ois circūstātia pōt sp̄ez pcti mutare: s̄z nō sp̄ mutat. cū. n. puatōes ⁊ negatiōes differat sp̄ez f̄z oriaz hitūz ⁊ positōuz oppositaz: ⁊ malū sit puatio boni: o3 q̄ vbi diuersuz bonū ad virtutē necessariū puat ibi sit diuersa sp̄ez pcti. vna at so la circūstātia pcti rectitudinē virtutis aufert. vñ si alie circūstātie nullā aliā obliq̄tatē pctō tribuant nisi ex suppositōe p̄sone nō mutabūt sp̄ez pcti: s̄z forte aggrauabūt q̄ntitatē pcti illi. q̄n3 etiā neq3 q̄ntitatē pcti aggrauabit: q̄ ē ex suppositōe p̄ce dētis nullā inordinatiōez addit. q̄n3 etiā pctm̄ dī minuit si aliqua circūstātia rōnez pcti s̄trahat: sic accipe rē alienā h3 rōnez pcti ex circūstātia qd̄ iquātū rē aliena ē. Q̄at manu dextra vl̄ sinistra accipiat: aut de mane aut de sero nihil ad ratiōez mali p̄tinet: ⁊ iō iste circūstātie nō excusat: nec ag grauat: nec sp̄ez mutat. Q̄ autē accipiat multū vel pa3: ex se deformitatē aliquā n̄ ipozat: nisi ex sup positōe p̄mi: q̄ multū de alieno recipe ē ab eq̄lita te magis discedere: vñ talis circūstātia aggrauat: s̄z pctm̄ nō mutat. Q̄ autē rē alienā p̄secratā acci piat aliā d̄formitatē ipozat: q̄ q̄cūq3 irreuerētia circa res sacras adhibita sp̄ales rōnez pcti h3: ⁊ iō talis circūstātia dī sp̄ez mutat. si at coact⁹ accipiat talis circūstātia pctm̄ excusat in pte: q̄ cā pcti. i. volūtariū minuit. ¶ Ad p̄mū q̄ dōz q̄ q̄cūq3 cir cūstātia aliquā sp̄ez pcti i actu caufat: ad sp̄ez act⁹ in q̄tū ē moralis p̄tinet: vñ nō h3 ia3 rōnez circun stātie pcti: q̄uis circūstāt s̄bam act⁹: vt pu dōm ē. ¶ Ad scdm̄ dōz q̄ ois act⁹ fm̄ suā s̄baz h3 sp̄ez ab obiecto: s̄z fm̄ rōnez malicie h3 sp̄ez a defectu: ⁊ iō fm̄ diuersa que deficiere p̄nt: diuerse sp̄ez caufant malicie. ⁊ fm̄ hoc distinguūt sp̄ez pcti nō solum ex obiecto. in actib⁹ autē virtutuz secus est: q̄ non constituit ex qualibet singulari circūstātia: sic actus peccati ex quolibet singulari defectu rōnez peccati habet. ¶ Et per hoc patet solutio ad inū

Ad quartā qōnez dōm q̄ circumstantia: vt ex dictis patet quandoq; aggrauat peccatuz 7 specie mutatur qñq; aut aggrauat: sed spēm non mutat. qñ aut spēs nō mutat: s; aggrauat: adhuc manet in rōne circumstantie: 7 nō pot̄ i infinitū q̄ritatē pcti augere: vt ex veniali mortale fiat: q; vt dictuz est: circumstantia taliter aggrauans ex suppositōe p̄cedentis deformitatis h; rōnez maioris deformitatis 7 ex eius virtute: vñ si illa sit finita nō pot̄ infinitā deformitatē addere. si aut spēm mutet: tunc potest in infinitū aggrauare: sed nō semp h̄ facit q; qñ ex deformitate spālī quā circumstantia addit h; directe oppositōez ad charitatē qd ostenditur ex hoc q; est directe cōtra p̄ceptū legis cuius finis est charitas: tūc in infinitū grauitatē addit. s; pcti mortalis. qñ aut illa deformitas nō directe h; op̄positionē ad legē: vt sit p̄ eaz: s; p̄ter eaz: tunc nō aggrauat in infinitū: sine sit pctm veniale cui ad dū siue mortale: sicut ad actū gule qui ē p̄propere addit hec circumstantia laute spālem deformitatem q̄ etiā ex se pctm faceret: sed nō est directe p̄ legem: 7 iō nō aggrauat in infinitū. 7 q; circumstantia que spēs mutat nō est iā vt circumstantia cōputanda: vt dictū est: iō d; a magistris q; circumstantia nō aggrauat in infinitū. **A**d p̄mū q̄ dōm q; quāuis v̄? fm habitū nō corūpat nisi p̄ pctm mortale: tam actus eius corūp̄it 7 ipedit etiā per pctm veniale. **A**d scōm dōm q; placētia nūq; de veniali facit mortale: nisi intm creseat q; adhibeatur ei vt fini 7 p̄ p̄ns. s; oēs obligat: 7 ita in p̄tēptū dei talis placētia adducit que habet de se spālem rōnez pcti: 7 p̄ hoc circumstantia trahens in aliam speciez. **A**d tertiu dōm q; rō illa p̄cedit de circumstantia que trahit in aliaz spēm que iā rōnez circumstantie respectu act̄ moralis inquātū h̄ mōi amittit. **E**t q; alie rōnez vident cōcludere q; nullo mō circumstantia aggrauat in infinitū: ideo dōm ad q̄rtū q; quāntas ex circumstantia pueniens que in no uaz spēm trahit: nō est quāntas accidentalis: sed essentialis. **A**d q̄ntū dō q; pctm veniale 7 mortale differūt in infinitū ex parte auersionis: sed nō ex pte cōuersionis: q; vtrobiq; est placētia finita. pctā aut spēm sortiant ex pte cōuersionis: q; ex pte auersionis nō differūt. **A**d q̄ntā qōnez dōz q; oēs circumstantias cōfiteri est impossibile: quāsdā autē cōfiteri est necessitatis: s; in hoc est d̄tia op̄inōis. Quidā enī dicūt q; oēs circumstantie que aliquam notabilem quāntatē pctō addūt cōfiteri necessitatis est: si memorie occurrant. Alij vō dicūt q; non sint de necessitate p̄fite: nisi circumstantie que ad aliud gen̄ pcti trahūt: 7 hoc pbabilius est: s; addē dūz est que ad aliā spēm mortalis trahunt: cui rō est: q; venialia nō sunt de necessitate cōfessōis: s; solū mortalia que quāntatē infinitā quodāmodo h̄nt: 7 q; circumstantie aggrauātes que aliā speciez pctō no tribuūt: vel que tribuūt quidē: s; nō mor-

talie peccati nō sunt de necessitate cōfessionis: tñ eadē cōfiteri p̄fectōis est: sicut 7 de venialib; dōm est: **A**d p̄mū q̄ dō q; quāuis de sodomia. i. de peccato mortali nō possit hō exire nisi p̄ cōfessionē ad minus in p̄posito existentē: tñ de illis que circa sunt. i. de venialib; 7 circumstantijs que venialibus equiuālēt: pot̄ hō sine p̄fessione exire. **A**d scōz dōm q; decimata q̄ritas pcti nō pot̄ sacerdoti ino tescere: q; nec ip̄e pctō: sicut vñ sufficiat q; cōfiscat quāntatē que ex spē pcti cōsurgit. **A**d tertiu dōm q; nec in cōtuitōe o; q; de singulis circumstantijs doleat penitēs quātū est de necessitate salutis: s; o; q; de singulis pctis ad min̄ in p̄ma cōtuitōe doleat: 7 de circumstantijs q; pcti spēs mutat. h̄ autē qd aug. dicit: p̄tinet ad p̄fectionē contritionis. **S**ed q; alie rōnez vidēt cōcludere q; circumstantie nullo mō sunt confitēde: ideo dōm ad quartuz q; circumstantie p̄ticulares pcti carnalis que in spēm pcti mortalis trahūt sp̄ sunt cōfite: q; ḡa que i sacro penitētie dat̄ restaurat siqua inclinatio ad pctm ex talū cogitatōe pueniat: vel in cōfite: vel in sacerdote. **C**ñ dicit̄ Br. in pastoralī: fit ple rūq; vt oū rectoris aiūs aliena tētamēta cōfiscat. auditis tētationib; etiā ip̄e pullat. sed hec neq; quā pastorū timēda sunt: q; tāto facili; a sua eripit q̄to misericordius ex aliena tētatione fatigat: si tñ sacerdotē lasciuū 7 ad hui; mōi pctā p̄nā viderit o; accipere licēnā cōfite: alteri sacerdoti: 7 si non dederit ad supiorē recurrere. si aut circumstantie nō aggrauant in infinitū nouā spēm pcti mortalis cōferēdo qñq; laudabiliter recitent̄ adhibita d̄bita discretiōe fm cōsideratōez turpitudinis circumstantie 7 p̄nitates inclinatiois ad pctm ex ei; cōfessōe in ip̄o cōfite: vel in sacerdote. **A**d q̄ntū dōz q; hō in cōfessione o; famā alteri; custodire q̄ntū pot̄: s; suā cōscientiā magis purgare debet: 7 iō si circumstantia que ducit in cognitiōnē p̄sone sit de necessitate cōfessionis fm regulaz data: tunc o; cōfiteri occultando p̄sonā q̄ntū pot̄. si aut nō sit de necessitate cōfessionis o; dimittere: ne pctm alteri; prodat. **Q**uestio. III **O** **E**inde queritur d̄ impedimētis vere penitētie. **E**t circa hoc querūt duo. **P**rimo de hypocrisis que impedit interius. **S**ecundo de exterioribus impedimētis. **A**d primuz sic proce pit: **C**idet q; hypocrisis nō sit pctm: quia pctm nō d; scōa tabula p̄ naufragiū. s; h; hiero. scōa tabula p̄ naufragiū est pctm abscondere: qd ad hypocrisis p̄tinet. q; nō est pctm. **V**. vitare scādaliū p̄rimoz 7 famā p̄piaz custodire q̄libet o; s; hec sunt per hypocrisis. q; nō est peccatum. **S**ed p̄tra: **M**atth. sup illud: Nolite fieri sicut



hypocrite tristes dicit glo. Hypocrita ē q̄ simulat
q̄ nō est representator alteri p̄sone. s; simulare q̄d
nō est sp̄: ē pctm̄: sicut ⁊ mēdaciū. ḡ hypocrisis sp̄
est pctm̄. **¶** Alterius v̄ q̄ non sit sp̄ale pctm̄: quia
pctm̄ simulatiōis diuidit ⁊ pctm̄ aperte malicie.
s; aperta malicia non est sp̄ale pctm̄. ḡ nec hypo-
crisis. **¶** S. oē pctm̄ sp̄ale i aliquib; actib; cōsistit
sp̄aliter. s; hypocrisis in oib; actib; v̄tutū cōsistit:
⁊ p̄cipue in orōne ieiunio ⁊ elemosyna: vt p̄z i euā-
gelio matth. ḡ hypocrisis nō ē sp̄ale pctm̄. **¶** S;
⁊ pctm̄ simulatiōis v̄tuti opponit: q̄ d̄ v̄tas. sed
veritas ē sp̄alis v̄: vt p̄z in. iij. etbi. ḡ ⁊ simulatio
siue hypocrisis est sp̄ale pctm̄. **¶** Alteri v̄ q̄ sp̄ sit
mortale pctm̄: q̄ pctm̄ veniale n̄ ipedit veniaz de
pctis mortalib;. s; hypocrisis ipedit: vt in l̄ra p̄z. ḡ
est mortale pctm̄. **¶** S. hiero. dicit q̄ in cōparatiōe
duoz maloꝝ leui⁹ est aperte peccare q̄ factitatē si-
mulare. s; aperte peccare ē pctm̄ mortale. ḡ ⁊ facti-
tatē simulare sp̄. **¶** S. p̄s dicit: q̄ illi q̄ amicitia
simulat magis sūt accusandi q̄ illi qui mūmīma
violāt: q̄to ⁊ meli⁹ fraudē cōmittūt. s; qui nūmī-
ma violāt sp̄ mortali peccāt. ḡ ⁊ hypocrite. **¶** S.
oē q̄d excludit a visione dei est pctm̄ mortale. sed
hypocrisis est h̄mōi: vt p̄z Job. In conspectu ei⁹
nō veniet ois hypocrita. ḡ sp̄ est mortale peccatū.
¶ Sed ⁊: veritatis virt⁹ corūp̄it tā p̄ mēdaciū
oīs q̄ per simulatiōē op̄is. s; mēdaciū nō est sp̄
mortale. ḡ nec simulatio. **¶** Alteri v̄ q̄ hypocris
nō debeat poni ipedimētū p̄nē s; alijs vicijs: q̄ q̄
to aliq̄d pctz ē graui⁹ tātomag; p̄niaz ipedit. s; a-
lterioꝝ pctā q̄dā sūt maiora q̄ hypocrisis. ḡ illa
magis debēt poni ipedimētū p̄nē. **¶** S. hypocri-
sis fm̄ Sre. est filia inanis gl̄ie. sed ea magis ope-
ratur ad aliq̄d q̄ effectus. ḡ magis oꝝ poni ianis
gl̄ia ipedimētū p̄nē q̄ hypocrisis. **¶** S; ⁊ iū in
l̄ra apparet. **¶** Ideo oīm ad p̄maz. q. q̄ hypocri-
ta proprie d̄ q̄ p̄sonā alteri⁹ rep̄ntat quasi submis-
sus vel suppositus loco alteri⁹. vñ in theatris illi
qui p̄sonā alioꝝ gerebāt rep̄ntates dicebātur hy-
pocrite: ⁊ sic accipit hypocritas p̄s in. iij. etbi. ⁊
iō ille qui cū nō sit virtuosus p̄sonā virtuosū ostē-
tat hypocrita d̄. hypocrita. n. grece latie d̄ simu-
latio: ⁊ q̄ ostentare se melius q̄ sit ē viciū factatē
siue v̄bis siue factis fiat: vt d̄ in. iij. etbi. iō hypo-
crisis sp̄ ē pctm̄. **¶** Ad p̄mū ḡ oīm q̄ aliud ē pec-
catū occultū nō p̄palare q̄d discretiōis ē: ⁊ sc̄da ta-
bula d̄ eo mō quo. s. d̄. xiiij. dicitū ē: ⁊ aliud v̄tu-
tē ostētare cū aliq̄s pctō s̄biaceat q̄d hypocrisis ē.
¶ Ad sc̄dā oīm q̄ pctm̄ occultare sufficit ad vi-
tandū scandalū. s; pctm̄ sub sp̄e virtutis palliare
hypocrisis ē ⁊ malū semp; ⁊ per hoc quis famaz
non conseruat: sed furat. **¶** Ad sc̄dā. q. oīm q̄
p̄uatiōes specificant per habitus oppositos: ⁊ iō
illud pctm̄ est generale q̄d priuat aliqua cōditio-
nē que requiritur in qualibet virtute: sicut inobe-
dientia prout est generale peccatū: hypocrisis autē

priuat conformitatē signi oñdētis conditionem
p̄sone ad rem significatā: que quidē conformitas
ad vnaz virtutē specialr̄ pertinet. s. veritates: ⁊ iō
est speciale peccatum. **¶** Ad p̄mū ḡ oīm q̄ aper-
tuz non importat aliquā sp̄alem rationē peccati
⁊ ideo aperta malicia non nominat pctm̄ sp̄ale:
sicut simulatio: que sp̄alem rationē peccati ipor-
tat. **¶** Ad sc̄dā oīm q̄ non est iconueniens q̄ a-
liquod speciale pctm̄ vel sp̄alis virtus vtatur acti-
bus alijs virtutuz vel vicioz materialr̄: sic ma-
gnanimitas vtatur omnib; alijs actib; virtutuz: vt
in eis magna operet: vt dicit in. iij. etbi. ⁊ similr̄
cuz hypocrisis sit quedaz species iactantie: quia nō
iactat quenlibet: sed sanctitatē: v̄tis omnib; actib;
que sanctitatē oñdere possunt: ⁊ p̄cipue illis in q̄
bus magis sanctitas ostendit: sicut est oratio: ieiun-
niuz ⁊ elemosyna. **¶** Ad teriaz q̄onem oīm q̄ hy-
pocrisis habet eandē rōnem peccati: sicut ⁊ mē-
daciuz: mendaciū autē non semp; est peccatū mor-
tale: sed quando est pernitiosuz: ⁊ similr̄ hypo-
cris non semp; est pctm̄ mortale: sed quando est p̄-
nitiosa cadens in nocumentuz alterius p̄sone:
oꝝ p̄pter creditaz sanctitatē aliuz defraudat re-
quā habet vel habere debet: aut in nocumentuz
fidei ⁊ ecclesie: oꝝ p̄pter sanctitatē creditā de ip̄o
ei contra fidez ⁊ ecclesiaz credit. **¶** Ad p̄mū ḡ
oīm q̄ pctm̄ veniale q̄d penitentiaz non impedit
non impedit remissionē peccati mortalis que per
penitentia fit: sed per aliq̄d peccati veniale potest
impediri penitentiē opus ne sit penitentiē: quia pec-
catū veniale impedit actuz virtutis q̄uis non tol-
lat habituz: ⁊ sic impedire potest veniam peccati.
¶ Ad sc̄dā oīm q̄ verbū hiero. intelligendum
est fm̄ quid: ⁊ non simplr̄: q̄ quantum ad vnaz cir-
constanz vnuz peccatuz potest esse grauius illo
q̄d est grauius simplr̄. Uel dicenduz q̄ etiā aper-
te peccare: non semp; est mortale: sed quādoq; ve-
niale. **¶** Ad teriaz dicenduz q̄ p̄s loquit quan-
do simulatio amicitie in nocumentū p̄sone re-
oundat. **¶** Ad quartū dicendū q̄ loquit de hy-
pocrita qui totuz bonus q̄d agit ad ostentationē
ordinat. Uel oīm q̄ loquit quantuz ad hoc q̄ o-
pera bona ex hypocrisi facta ad conspectū dei nō
perducūt. **¶** Ad q̄rtā q̄onem oīm q̄ opera penitē-
tiē exteriora p̄cipue nata sunt sanctitate; osten-
dere: ⁊ ideo eis vtatur hypocrisis intentionez peni-
tentie recte excludēs: ⁊ p̄pter hoc directius ipedit
penitentiē effectum q̄ alia vicia etiā grauiora.
¶ Et per hoc patet solutio ad p̄muz. **¶** Ad sc̄dū
duz oīm q̄ inanis gl̄oria surgit quādoq; ex ope-
rib; etiā recta intentione factis: sed hypocrisis sp̄ in-
